Racio, nec Sapientia, nec Scientia, eri[t]
apud inferos, quo tu properas.

Eadem & Petrus precipit. 2. Pet[ri]
dicens. Quapropter fratres magis [sata]
gite, ut per bona opera, certam uest[ram]
uocationem faciatis, Hec enim fac[ien]
tes, non peccabitis aliquando.

Quæ uniuersa id probát plenis[sime]
non solam fidem sufficere homini C[h]
ristiano, sed Ieiunia, Vigilias, Labo[res,]
abstinentiam, Denicq; uirtutem om[nem]
exigi, quo certior reddať ipsa uocat[io.]
Quæ subinde uirtutes, non tam nom[ine]
q̃ re ipsa a dono fidei sunt dissectæ.

Adde his quod Paulus ubi Galat[as]
fide iustificatos dixit, mox intulit ca[p.]
6. quid his maximopere incũbat. In[quit]
operemur bonum ad omnes, maxi[me]
aũt ad Domesticos fidei. Hinc fru[ctus]
quosdam ibidem exprimit, capit. 5[.]
quibus se fides exerceat oportet. Fru[ctus]
aũt inquit spiritus est, charitas, pax, ga[u]
dium, pacientia, lõganimitas, boni[tas,]
benignitas, fides, modestia, cõtinen[tia,]
castitas.

En

En hic fidem cæterasq; uirtutes, fru-
ctus asserit spiritus.

Et ut hec omnia tandem concluda-
mus, tota scriptura, & Veteris & Noui
Testamenti nos omnibus uiribus ad bo
na opera hortatur, ut dicit Psal. Decli-
na a malo & fac bonum.

Iã restat soluere ea que aduersarij contra nos obiiciunt.

Arguunt primo contra nos. Ad Ro-
ma. 3. Arbitramur iustificari hominem
per fidem sine operibus Legis, Nam ex
operibus Legis, non iustificabiť omnis
caro coram illo.

Respondeť, per opera legis intelligit
Apostolus sacra, & Cærimonias Legis
Mosaice, & obseruationé institutorum
Veteris Legis, q̃les erant circũcisio, ob-
seruatio ciborum, Sabbathorum, Neo-
meniarum, sacrificiorum etc. quæ post
Euangelicæ lucis coruscationem, non
modo nihil contulerunt ad iustificaci-
onem, sed & plurimum obfuerunt, qui
spem salutis ac fidutiam in ipsis collo-
carunt. Quo circa aduersarii applican-

Euerendo

in Chriſto patri & dño Eraſmo: Dei paciētia Clare tū- be quam mogilā uocant abbati: ui- ro doctrina & pru... atq; etiam humaniſſi- mo. Valentinus a Poſnania Salutem: omneq; uenerationis ſtudium.

Cum memoria mecū repeto Reue- rende pater: quot & quantis hoſtibus: Polonia patria utriuſq; noſtrum: a tam multis temporum curriculis: a tot cen- tenis annorum fuerit diuexata: quam ue ſepe a Teuthonicis: Pruthenis: Va- lachis: Moſcis: Turcis: Scythis: ſeu Tar- taris: moleſtata: atq; attrita: & nihilo- minus uſq; modo: Dei optimi maximi: ſtet atq; perſeueret auxilio, ita ut nec gladius hoſtilis, nec porte inferorū ad- uerſus eam preualere hactenus potue- rint, his ego admiratus, duas potiſſimū cauſas tante ſtabilitatis ipſi9 extare con ſytio, Prima, Cultus diuini in templis

undiq; frequentia,
non modo a uulga
do a Clero copioſo
quoq; ipſis,deuotis
maieſtati exhibetu
riſq; locis, Et quan
bus ex his quos me
zizaniorum atq; c
propter bonos tñ,quorũ adhuc nõ con-
temnendus eſt numerus,non continet
in ira ſua miſerationes ſuas dominus,
ſed tutatur,protegit atq; incolumẽ hoc
ipſum regnum preclariſſimum conſer-
uat. Et ut ceteros taceam,uideo multos
adhuc in Polonia uiros & feminas.
Item ſacris ordinibus inſignitos, ſacro
Altari miniſtrantes,tum clericos ſecula
res,tum Monachos ipſos,in quorũ nu-
mero tua Reuerenda paternitas, non
modo cõputatur, uerũetiam non pau-
cis præeſſe dinoſcitur,qui forum & ur-
bes, & tumultos platearũ, fugientes,in
cænobijs uiuere maluerunt. ubi nichil
eis cũ his ſecularibus commune,nichil
humanarum rerum perturbat,nõ meſ-
ticia, non dolor,nõ acerbior cura,non
pericula, non liuor,non turpis amor,
non

nõ aliud huiusmodi ,sed quæ sunt futuri regni iam meditantur. In tranquillitate habitantes,& cũ deo ipsi colloquẽtes,multo atq; profundo noctis silentio a lectulis surgentes. integri, sobrij,uigilantes,choro mox cõstituto,integra cõscientia,omnes quasi ab uno cõsonanter ore, diligenter ueluti Angeli hymnis Deũ laudant,gratias pro uniuersis, tam proprijs,quã cõmunibus beneficijs ei agentes, precant. ꝓ regni hui9 incolumitate, De ueris Religiosisq; loquor Monachis,& Clericis quoq; cæteris,qui prout decet,in noctibus diebusq; extollunt manus suas in sancta,& benedicũt Dño. Quomodo igitur horum preces, in altis Dñs sperneret? quomodo inclitissimum hoc regnum non tutaretur is qui per Prophetam dixit, Clamauit ad me & ego exaudiam eum, Et deinde ore proprio. Petite inquit, & accipietis?

Alteram causam hui9 censeo. Christianissimorum regum hui9 regni religiositatem, necnon cæterorum procerum atq; magnatũ. Magno enim ardore fidei Catholicæ, Reges ipsi Poloniæ ac nimio zelo accensi, cultum diuinum in

hoc regno ampliabāt, templa plurima struebant, collapsa uero uetustate repa=rabant, Qualis erat & Vladislaus olim Rex Poloniæ, auus Serenissimi Regis nostri moderni Sigismundi primi, qui inter alia religionis opera, Monasteriū Sandetz fundauit, beate virgini Marie deuotum, Studium generale Cracouie, authoritate sedis Apostolice instituit. Templa non pauca erexit, Clericorum Collegia dotauit, Lithuaniam amplis=simam & Samagittina ad fidem Chri=stianam, uelut alter Apostolus cōuertit. Ob quæ preclara facinora egregios quo=q; triūphos ab hostib9 uictis reportauit, Deide successit kazimirus. Successerunt & filij ipsius in sedem Regalem. omnes in Religionem Christi propensi. Quo=rum etiā mater Elizabet olim tot Im=peratorum & Regum neptis, & abnep=tis, filia Regis, soror Regis, uxor Regis, quattuor regum Coronatorum mater, manib9 proprijs Ecclesiastica ornamē=ta parabat, texebat, nebat, albas dico, ca=sulas, pallia, cortinas, corporalia, ac fi=lias Phrigio opere illa exornare cura=bat, ut sic per omnes Ecclesias suppel=

lectilem

lectilem ornatu diuino locupletaret.
Hanc hereditariam in Deum, in diuos, in Templa, pietatem, Sigismundus Rex preclarissimus qui modo fasces regni fœliciter obtinet, uera Iagelonum sobo les semper sanctissime obseruauit. Quod etiam inter cætera egregie præstitit, quum Bogduno uualacho in russiam atque podoliam erumpenti, idem ipse Rex Serenissimus uoto diuo Stanislao regni patrono facto, insigni uictoria potitus.
Deo ac cælitibus hanc uictoriam referens, diuo Stanislao imagines argenteas magnas, multis aureorum milibus paratas, ex uoto posuit, ac diuo Francisco (nam is dies triumphalis fuit) festum diem perpetuum cõstituit. Taceo crebras ipsius uictorias, cum de Tartaris, tum de Moscis, potissimum quum Basilium Moscorũ ducem, octuaginta milibus equitũ Lithuaniam petentem, ipse parua manu, inuasit, fudit, profligauit, & supra. 30000. hostiũ, uel cæsis uel submersis, predam opimam, speciosos triumphos in patriam retulit, Que causa alia, nisi in Religioné deuotior? Sub eodem religionis pretextu, idem Sere

 nissimus

nissimus Rex, perniciosam Lutheri ali orumq; Hereticorum nostri temporis hæresim, errores damnatissimos, dogmata, inobedientie, rebellionis ac seditionis fecundissima, nõ patitur per dominia et terras suas, nec publice, nec priuati euulgari, aut doceri, Libros pestilẽtes a finibus suis cohibet, homines huiusmodi erroribus addictos & irretitos, condigna pæna afficit, ne mores bonos corrũpant colloquia praua. Id quod facit quoq; & Cæsar preclarissimus Carolus v. Romanorũ Imperator Augustus, ac Hispaniarum Rex Catholic9. Quod & alij Reges ac Prĩcipes Christiani summis conantur uiribus efficere.

Nec mirum, Quid enim aliud hæ Lutheri impietates. Capharnaitarum sacrilegia, CataBaptistarum atq; Pneumaticorum nostri temporis seditiones, pariunt? nisi quod fidem, in Deũ deuotionem, omnesq; probatissimos mores eneruant, atq; defastant? Aduehuntur non pauca & in Poloniã e uicina Germania horũ corruptissimorũ fructuum semina. Ideo & blasphemiæ inualescũt, & de-

& deuotio perit, & id quidẽ tam inter nobiles nonnullos, quã inter plebeos plerosq; audiũt enim Lutheranos qui- b9 nichil magis displicet, quam ea quæ pro gloria cultuq; fiunt diuino, Si ui- dent Sacerdotes in Templis Deo famu lantes, multi uident illis, & quasi uelit dicere, quid opus, ut Deus a tot laudet? In memorabili illo Templo Sophiæ Cõstantinopolitanæ urbis, olim non- genti Clerici Deo seruire solebant, Et nõ erãt populo multi, Et florebat urbs illa clarissima in summa prosperitate, Quod si Greci toticns ab unitate Eccle- siæ Romanæ nõ defecissent, adhuc Cõ- stantinopolis floruisset. Preterea Si ui- dent Monachorum atq; Monasteriorũ frequentiam, iterũ aiunt, Nimium est. multum est, superfluum est, Omnia il- lis, pro cultu Diuino, nimia sunt, Quã multi Religiosi olim in primeua Eccle sia Christiana in urbibus consueti fuis- sent commorari, uel ex eo cõstat, quod Diuus Hieronymus primo libro uitas- patrum scripsit, se cũ suis ad ciuitatem quandam Christianam in regione The baide uenisse, in qua uirginum Monia

lium uiginti milia, Monachorũ uero decem milia, religiose habitarunt, Magistratus quoq; ciuitatis illius, ac reliqui ciues, adeo deuoti, tamq; operibus misericordiæ intenti, ut p singulas portas posuerint ministros, ad obseruandũ si quis peregrinus aut pauper se offerret quo oblato, certatim concurrebant, ut quisq; ipsorũ illum ad domum domini sui adduceret. Adductũ uero: Paterfamilias cũ omni charitate, pietate, gaudioq; excipiebat atq; necessaria ministrabat, Hieronimũ uero cum socijs ipsi9 adeo hinc inde inuitantes trahebant, ut eorum pallia scinderentur, ut idem fatetur Beat9 Hieronim9. Nostris auté, Omnia sunt nimia.

Insuper, si Templi ornatũ uident hi qui Sectæ sunt Lutheranæ, si cæreos in Templo ardentes, si cantus personantes. Dicunt, Nimium est, quid iuuat? Et utunt? argumento Iudæ Scariothis dicentis. Vt quid perditio hec? potuit istud uenũdari multo, & dari pauperibus. Non quia pauperes sint eis in cura sed cultui diuino inuidentes hec effutiunt, Nimia eis uidentur quæ pro dei

gloria

gloria fiunt,& ueluti pauperib⁹ hec po
cius essent cõmunicanda. At nõ nimiæ
eis sunt cænæ opiparæ,aut sumptuosa
cõuiuia, aut cultus uestimentorum su-
perfluus,De multis nobilib⁹ & plebeis
loquor, non de omnib⁹, quorũ plures
sunt qui tales apprime detestãtur, O si
hi Templum Salomonis uidissent,aut
tot Boũ & Arietum sacrifitia ipsi⁹ quid
dixissent? quã nimium uisum fuisset?
Pauperes tamen non omittendi, ita ut
si necessitas qñq; immineat,etiam aurũ
e Templis sit erogandum.

Postremo Reuerende pater, prælegi
hic preterita estate, lectiunculã pro cle-
ro,in qua ex sacris litteris,alijsq; & anti-
quis & nostri æui Doctorib⁹,errores ha
rum Sectarum,quæ hac tempestate ma
gis magisq; incrudescunt confutare do-
cui, Potissimum quod multi ex Clero
querebantur,se non semper scire ad ob
iectiones respondere, quæ eis ab his in-
culcant crebro,qui his predictis fauent
Sectis,Et quãq̃ multi iam per sua opus-
cula preclarissimi uiri,satis superq; satis
hos errores confutauerint: tamen quo-
niã etiam atq; etiã ab auditorib⁹ meis,
sum

ſum rogatus,ut ea quæ prælegi in pub-
licum ederem,ſtudui illa Calcographis
tradere imprimenda.

Quæ quidẽ,qualiacũq; ſint,tuæ Re-
uerende paternitati dedicare decreui.
Vt qui me aliqñ in Triuialib9 et aliis
Liberalib9 literis Cracouiæ preceptorẽ
habuiſti, nunc quoq; has breuisſimas e
diuerſis collecturas meas, ꝓ monimen-
to ex me habeas, rogãs ut R.paternitas
tua,benigno hec pauca excipere nõ de-
dignet̃ animo.Nam & in animo quoq;
meo, nũq̃ intermorientur, illa bñfitia,
quæ & ab optimis parentibus tuæ Re-
uerende paternitatis olim,& deide etiã
nunc ab eadem Reuerenda tua digna-
tione recepi,& recipio indies. Va-
lere cupio optime in Domino.P.
tuam R.cui me cõmendo Ex
Poſnania, Septia Octo-
bris,ab anno ſalutis
icarnatæ mille
ſimo qui-
gen-
teſimo triceſimo,
quinto.

Propug-

Propugnaculum Ecclesiæ Catholicæ/ aduersus varias Sectas Lutheri/aliasq; huius temporis erroneas Doctrinas. Per Valentinum a Posnania, ex uarijs sacræ Scripturæ locis Doctoribusue, breuibus recollectum.

BEatus Petrus Apostolus in Secunda Epistola, admonens fideles ut sibi ab Hereticis caueant, dicit, uenient in nouissimis diebus in deceptiōe illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulan̄.

Quæ predictio a Spiritusancto deriuata, cū alijs temporibus sepe numero, tum hac tempestate calamitosa, manifeste impleta cōspicitur, in qua Lutherani alijq; Heretici erecto ipietatis uexillo, contra sanctam Dei Ecclesiam immaniter

maniter debachantur, eamq; toto stu-
dio moliuntur euertere.

Nam ut reliquos eorũ nefarios cona-
tus qui plurimi sunt:in presentia subti-
ceam,nouum celebrande Missæ ritum
inducunt, qm̃ sordet eis antiquissima,
eademq; approbatissima Ecclesiæ for-
ma,quæ hacten⁹ per uniuersum orbem
Christianum obseruata est,in sanctissi-
mo altaris sacri offitio,magisq; ipsis est
cordi noua una formula,quã ad Missæ
celcbrationem Lutherus effinxit.

Idem quoq; Christianæ pietatis hõ-
stes cõtinentiam Sacerdotum,ab Eccle
sia iam olim institutam improbant,&
his qui Sacros ordines susceperũt, rei
uxorie operam dare:indulgentiore licẽ
tia concedunt,ut iam sicut populus ita
sit & Sacerdos.

Rursus idem sub libertatis pretextu
(quæ reuera est irrefrenata in omnes
sanctiones ecclesiasticas insolentia,)Ie-
iunia sancta,ab antiquis patribus,& pri
mis Ecclesiæ presidibus recte ordinata
damnant. Irrident ciborum abstinen-
tiam, ad refrenandas carnis illecebras,
animãq; saginandam pinguedine diui-
næ

næ gratiæ, preclare ab Eccleſia definitã indignantur eſum carniũ in Quadrageſima alijſq; anni diebus interdictum. Predicantes indulgendum eſſe uentri laxis habenis, ꝑmittendaq; illi quæcũq; expetit cibariorum genera.

Aſſerunt, moderatores Eccleſiæ Catholicæ nullam habere poteſtatem cõdendi aliquas conſtitutiões, quæ populum Chriſtianum ſub propriæ ſalutis iactura ad earum obſeruationem obligent, Student ſtatũ exterminare Sacerdotalem, contendẽtes Chriſtianos omnes cuiuſuis ſexus & etatis eſſe Sacerdotes, Sacratisſimum corpus Chriſti Dñi in Miſſa ſacra oblatum negant eſſe ſacrificium. Profesſionem uitæ Monaſticæ laborant ſubuertere. Septenarium ſacramentorum numerũ Euangelicæ legis repudiant, De tribus partibus penitentiæ pesſime docent, Sanctos nõ eſſe inuocandos, Bona opera reicienda, plꝰ q̃ pesſime aſſerunt.

Hi ſub pretextu Euangelij multa moliuntur. Non tamen Chriſtum, ſed Antiochũ, Herodem, Neronem, Antichriſtum ſpirant. Tam procul enim abſunt

ab

ab Euangelij spiritu, quam abest bonū a malo, ueritas a mendatio, Tyrannis a iusticia.

Veruntñ quantumcūq; impetaт, scīn datur laceretur Ecclesia, ueritas tolli nō potest. Autoritas sancte Ecclesiæ manet semper inconcussa, perstat constans, firma aduersus omnes quotquot sunt & erant & erunt, Hereticos.

Lutheranum uulgus, tam uariū est, uanum: & nusq̄ sibi constans, ut si sexcētos des Lutheranos, totidem apud eos inuenias in fide Sectas, Nec mirum, Sola enim Catholica Ecclesia, est uera & solida basis, a qua si uel unguem latum recesseris, facile ī mille de uia deflectes. Vt itaq; errores isti cōfutent, utq; quisq; facile illos possit agnoscere, aut etiam Argumentationes quib9 in Catholicos insurgunt dissoluere, proponant in medium Articuli, ab illis infecti: & eorum ueritas discuciatur. Articuli inquā hi potissimum, qui apud uulgares sunt crebriores.

Primus

Primus Articulus de ob seruandis sacris Ieiunijs.

Stēdamus ex Veteris & Noui Testamenti Sacra pagina, Ieiunium esse diuini Precepti, hominesqꝫ precepto Dei, & non solum humano instituto obligari ad Ieiuniorum obseruationem.

Ex ueteri Testamento.

Leuit. 23. dicitur, Decimo die mensis huiꝰ septimi, dies expiationum erit celeberrimꝰ, & uocabitur sanctus, affligetisqꝫ animas uestras in eo, Sequit̃, Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hoc, peribit de populis suis.

Hec grauis cõminatio, oñdit non esse

cõsilium sed preceptum; Afflictionem aũt animæ expositores sacri dicunt esse carnis per Ieiuniũ emaceratione͂, Nam Num.30.& Isa.58 inuenitur consimilis modus loquendi scd'm eum sensum.

Dices hoc pertinere ad Cæremonias
ueteris legis,iamq; l
saica abrogatũ.Rñ
iectio,Nam si atter
nij, & generalem ta
spectat ad cõponéd
ralia precepta, non
Elemosina.Ergo sc
tioné etiam pertin
gis, Si autem attendas particulares cir-
cũstantias,te͂poris,loci & modi,cærimo
niale est,& nihil ad nos pertinens.

Altera ratio,Iohel. 2. Conuertimini ad me in toto corde uestro,in Ieiunio & fletu & planctu,& scindite corda ue-stra etc.Et infra,Sctificate Ieiunium.

Hoc dicit a Dño per modũ precepti, & non consilij tantũ, Nam quid aliud est sctificare Ieiuniũ,q̃ toti populo in-dicere

dicere ipm̄ obseruandū in sctitate & puritate, indictūq; obseruare? Et q̄si dicat, preparate populū per Ieiunium ad dei cultum & uenerationem.

Preterea, precepta est hoc loco conuersio populi in toto corde, ergo similiter precipitur modus conuertendi, utpute q̄ fiat in Ieiunio, fletu, planctu id est cōpunctione cordis. Et ita & Ieiuniū quoq; preceptū.

Tertia ratio. Zach. 8. Hæc dicit Dn̄s exercituū. Ieiuniū q̄rti, quinti, & Ieiunium septimi, & Ieiuniū decimi erit domui Iuda in gaudium & leticiā, & in solennitates preclaras.

Vide hæc dicta, nō humana traditione sed Diuino iussu, Nam dicitur, hæc dicit Dominus.

Quarta ratio, Thobie. 12. Angel9 Raphael dicit, Bona est oratio cū Ieiunio & Elemosina, magis q̄ thesauros auri recondere.

Coniunxit Angel9 Dn̄i hec tria, Orationem, ieiuniū & Elemosinam, p quod indicat idem iudiciū habendū esse de his trib9, quo ad diuini precepti obligationem. Ita, ut si unum illorum om̄dat

a Dño Deo fuisse preceptũ, eodem iure & alia, Oratio aũt & Elemosina sunt de diuino precepto, igiť & Ieiunium.

Quod si id inde sequi negaueris, ex Angeli uerbis, audi Dñm angelorum. Et hec sit iam probatio ex nouo Testamento, Ieiunium esse Diuini præcepti Ratio prima.

Nam eadem tria opera, Nempe, Elemosina, Oratio & Ieiuniũ, a Domino. Matth. 6. etiam cõnectuntur, Nam quũ de Elemosina dixisset, Cum facis Elemosinam, noli Tuba canere añ te, Quũ item de Oratione. Cum oratis, non eritis sicut Hipocrite etc. de tertio demũ subdit. Cũ autem ieiunatis, nolite fieri sicut Hipocrite tristes etc.

Ex qua forma, & specie loquẽdi, dominꝰ presupponit esse ieiunandũ, tãq̃ id diuino precepto sit indictum, sicut & orandñ & erogandã pauperibus Elemosinam, Edocetq́, quomodo salutare fieri debeat Ieiunium, cui & magnũ attestatur in cœlo repositum esse p̃mium Dicens, Tu autem cũ ieiunas, unge Caput tuũ, & faciem tuã laua, ne uidearis

homĩbꝰ

homĩbus ieiunans,ſed Patri tuo qui eſt ĩn abſcõdito,& Pater tuus qui uidet in abſco ndito,reddet tĩ. Ecce premium.

Itaq;,ſi quis diligenter attendat,eam formam uerborũ,qua Dñs noſter utit' in illis tribus generibus bonoũ operũ explicandis,ex conſimili uerborũ contextu,cognoſcet ipm uoluiſſe inſinuare,q eadem obligatione,ſcz preſcripto diuini precepti,obſtringantur homines ad illa tria exercenda,loco & tempore accõmodo. Non q omnes ad Ieiuniũ obligentur(eſt enim preceptũ affirmatiuũ,quod obligat pro loco & tempore) nõ enim obligant' infirmi et cetera, ſed pro loco & tempore.

Quod ſi quis eſt adeo rudis,ut dicat aduerſus hæc predicta. Si premium in cœlo repoſitum eſt pro Ieiunio,ergo & Iumentis & Pecoribus,que apđ Niniuitas ieiunabant,premium in cœlo erit repoſitũ. Nam Ione.3.dicitur,homĩes & iumenta & boues & pecora non guſtent quicq̃,& homines & Iumenta clament ad Dominum.

Rñdetur.Pudet hic talia ĩſerere,quæ

uel pueri rident, propter nonnullos tñ Nasutos qui per talia uerba Ieiunia ridēt, dicta sunt, Dicendū igitur, ꝙ afflictio Iumentorum & Boū & Pecorū, quū hæc in adiutorium homini data sint, in hoīes redundabat apud Niniuitas, Nam hec omnia ad homines ordinabantur, nempe, ut iumenta cibum non gustarent, ut homines, per mugitū iumentorum, quæ famæ premebantur, facilius ad placandam iram Diuinam per Pœnitentiam inflammarentur.

Neq; etiā asserimus, per Ieiunia homines semp mereri premia eterna. Nō enim sufficiunt Ieiunia sola, uerum, affirmamus ieiunijs in cœlo esse reposita premia eterna, ex dicto Dñi preallegato. Matth. 6.

Secunda ratio, Mar. 9. Hoc gen9 Demoniorum, non eicitur, nisi in Oratione & ieiunio.

Probati Doctores dicunt, ꝙ ꝑ genus Demoniorum intelligatur mistice, petulantia carnis rebellis in spiritum. Omnes autem, Dei precepto, tenemur eijcere hoc Demonium, igitur ad ieiunia tenemur obseruanda

Tertia

Propugnacu-
lū Eccleſiæ:aduerſꝰ uarias Sectas huius tēpeſtatis: per Valentinum Poſna-nitanum:ex uarijs Sacre ſcrip ture locis: Doctoribꝰue breuibꝰ collectum.

Ex uerbis Chriſti Dñi: Matthei. xxiiij. triplex cauſa ruine Chriſtianorum in corruptos mores demõſtratur. Et ſcan-daliſabuntur inquit multi: En tibi pri-mam cauſam:ſcandalū: Sequitur:mul-ti pſeudo Prophete ſurgent: Ecce ſecū-dam doctrinam hereticorū. Addit: Et quoniam abundabit iniquitas: refri-geſcet charitas multorum. Habes terti-am:ex paſſione.

Propugnacu

in Ecclesie:dauiỹ varias Sectas huius
tepestatis:per Valentinum Polnae
ntanum,ex uarijs Sacre scrip
turae locis: Doctoribusque
breuibus collectum.

Ex uerbis Christi Dñi: Matthei, xxiiij.
triplex causa nunc Christianorum in
corruptos mores demonstratur. Et scan
dalizabuntur inquit multi: En tibi pri
mam causam scandali. Sequitur: Et mul
ti pseudo Prophetae surgent: Ecce secun
dam doctrinam hereticorum. Addit: Et
quoniam abundabit iniquitas: refri
gescet charitas multorum. Habes terti
am ex passione.

Ecce ad faciendam beatorum Pauli & Barnabe a Spiritusancto assumptionem in opus predicationis, preparatorium fuit ieiunium.

Vide de ieiunio Acto.14.&.27,& alibi. Beatus item Nicolaus: q̃rta & sexta feria semel sugebat ubera.

Beata Cecilia biduanis: triduanisq; ieiunijs corpus suum macerabat, in primo suæ adolescentiæ flore.

Quid referã Anachoritas, uiros sanctissimos. Paulum: primũ Heremitam, Anthonium, Macharium, Arsenium, & cæteros? Quorũ ferme tota uita in solitudine fuit assiduum ieiunium. Scribit beatus Hieronymus de S. Hilarione in uita ipsius, q̃ a sexagesimo quarto etatis suæ anno: usq; ad octogesimũ: pane abstinuit, sicq; complés ordinem uitæ, nũq̃ ante solis occasum soluit ieiuniũ.

De beato etiam Anthonio scribit Historia Tripartita, q̃ illius esca fuerit solus panis & sal, potus aqua, prandij tempus, solis occasus. frequentius etiam du

os & amplius dies, sine cibo manebat.

Et ut uno uerbo rem ipsam conclu- dam. Ieiunium uia est regia, per quam progressi sunt quicunque ad supernæ pa- triæ fœlicitatem aspirarunt.

Ideo Bernhar. Ser. q̄rto de ieiunio sic dicit. Pro eo fratres quod ab ipsis quoque li- citis abstinemus, ea nobis quæ prius cō- misimus illicita condonant, Quid ue- ro est condonari commissa, nisi ieiunio breui ieiunia redimi sempiterna? Ge- hennam em̄ meruimus, ubi nullus unq̄ cibus est, ubi guttam aquæ diues postu- lat, & accipere non meretur. Bonum ergo & salutare ieiunium, quo redimūt eterna supplitia, dum remittuntur hoc modo peccata. Hec ille.
Ex his omnibus patet, quā peruersi sint, qui dissuadent, reijtiunt, aut rident ie- iunia.

At dicet aliquis: Quis negat ieiunia esse bona, sed ad ea non obligamur, Re spondet, At iam probatū est ieiunia esse de precepto diuino, igitur ad illa obli- gamur, & magis id patebit ex sequenti- bus.

bus;Deus ergo ieiunia ĩstituit, pastores aũt Ecclesiæ, tempora certa ieiuniorũ prescripserunt. Iterum quis dicet, unde id habent Pastores Ecclesiæ ut prescribant dies certos ieiuniorũ? Aut quis hec instituit? Ita eñ hodie passim clamant, Quis hec instituit?

Pro responsione ergo nota.

Quod preter ea, quæ sacrum continet Euangelium, ab ipsa Ecclesia, & pastoribus eius, recte possunt constitui leges & Regulæ, ad quas obseruãdas omnes tenentur sub peccato mortali.

Probatur, Nam idem fecerunt Apostoli in primitiua Ecclesia in multis cõstitutionib9, Legibus & Regulis. Exempli gratia. Non meminit Euangelium, neq; sancit manifeste, abrogandam esse circumcisionem, neq; cærimonias Mosaice legis sustollẽdas, presertim quum dicat Dñs Matth. 7. Non ueni soluere legem, sed adimplere:, Et tamen beatus Paulus ad Gala. 7. Galatis ex gentilitate

 conuersis

conuersis scribit. Si circūcidimini, Christus uobis nichil prodest.

In eadem quoq; Epistola, & alibi, ut Phili.3.& Colo.2.plane denunciat abolendas esse cærimonias ueteris legis, illucescente iam ueritate Euangelica. Quod dicit factum nō suo arbitrio, sed Christi autoritate.2.Corin.13. An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus?

Preterea, Acto.17.questio mota inter Apostolos essent ne onera ueteris legis imponenda conuersis ex gentilitate ad Christum? Decreuerunt Apostoli conuocato concilio, q̄ non, sed prescripserunt eis tantum legem, ut abstinerent ab immolatis simulacrorū, & sanguine & suffocato, & fornicatione.

Et nemini dubium est, eam constitutionem a Spiritusancto sancitam, omnes obligasse ad eam seruandā, in Euangelio aūt non reperies hoc preceptum. Ecce, circa principium tenellæ adhuc Ecclesiæ, nonnulla constituta sunt ab Apostolis, quæ non continet manifeste

Euange-

Euangelium: possunt ergo pastores Ecclesiæ statuere leges, quæ ad obseruandum obligant.

Item Apostol9. 1. Corinth. 11. sanxit, ut uiri nudo capite in Ecclesia orent, mulieres aũt uelato. Dicit enim ibi, omnis uir orans aut ꝓphetans uelato capite deturpat caput suum. Sequitur: Si nõ uelatur mulier, tõdeatur. Item, uir quidem non debet uelare caput quia imago & gloria Dei est, Mulier aũt gloria uiri.

Adde aliam constitutionem, eam uidelicet ꝙ Apostoli in nomine Christi Baptisabũnt ad tempus, Acto. 8. & . 10. & . 19. ut nomen Domini sacratissimũ, quod iudeis & gentib9 tunc erat odiosum, eo celebrius redderetur.

Item: Acto. 15. dicit, ꝙ Paulus perambulabat Syriam & Cilitiam, confirmãs Ecclesiam, & precipiens custodire precepta Apostolorum & seniorũ scilicet ultra ea quæ continet sacrum Euangelium ad gubernationem Ecclesiæ.

Et alia multa Apostoli instituerunt,

quæ in Euangelio non ſunt manifeſte ſcripta, ut ꝙ dies Dñica pro Sabbatho celebretur, ꝙ ad orientem oramus, ꝙ q̃dragesimam ieiunamus. Quadrageſima em̃ ab Apoſtolis inſtituta eſt, teſte ignatio, Hieronimo, Maximino & alijs.

En habes, ꝙ a paſtoribus Eccleſiæ leges poſſunt conſtitui, ad quas obligant fideles.

Dices, oſtende ꝙ etiam ſucceſſores Apoſtolorum potuerunt aut poſſunt leges inſtituere, quibꝰ teneamur obedire.

Reſpondetur: oſtendamus nunc, ꝙ & ipſi Rectores poſt Apoſtolos primeuæ Eccleſiæ, & eorum ſucceſſores: probe cõſtituerint leges & regulas, populi Chriſtiani obligatorias, & in ſcriptura Noui Teſtamenti non expreſſas, q̃rum preuaricatio infert mortale peccatũ & damnat.

Probatio.

Multa enim ſunt Statuta Conciliorum generalium, & Eccleſiæ Catholicæ

quæ

quæ apertius declarant diuina precepta,& modum obſeruandi,& circũſtantias quæ omnes obligant,exempli gratia.

Diuino precepto iubemur ſanctificare Sabbathum,Eccleſia aũt ſancta,determinauit modum illiꝰ ſanctificationis ſcz ꝙ fiat abſtinendo ab opere corporali,& audiendo offitium Miſſæ.

Similiter iubemur diuino precepto ieiunare ut dictũ eſt, Eccleſia aũt determinauit obſeruationem ieiunij quotãnis eſſe faciẽdã in Quadrageſima,abſtinẽdo a carnibꝰ & lacticinijs & in Quattuor temporibꝰ anni,ac Vigilijs aliquorum Feſtorum,unica refectiõe diurna.

Item iure diuino obligamur ad Confeſsionem Sacerdoti,ut dicet̃, Modum aũt & tempꝰ conſtituit Eccleſia, ut ſaltem ſemel in anno ꝓ feſto Paſche confiteantur fideles.

Item ꝙ Paſcha celebret̃,non die.14. Lune proxima equinoctio uerno,more iudeorum, ſed die Dñica ſequente illã quartamdecimam Lunam, Et ſic de alijs.

Quod aũt hec instituta Ecclesiæ teneamur obseruare, probatur.

Primo per illud ioan.16. Cum autẽ uenerit ille spirit⁹ ueritatis, docebit uos omnem ueritatem scz credendorum & agendorum, ad rectam Ecclesiæ edificationem. Ergo in Concilijs aderat p̃sens Spirit⁹ sanctus, iuxta Dñi promissa, iuxta illud Matth.18. ubi duo uel tres fuerint cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, Quanto magis in medio tocius, Ecclesiæ simul adunatæ in Concilio generali? Ergo quæ in talib⁹ Cõcilijs sancita sunt, obligant omnes, nisi assit ratiõalis causa cur seruare quis ista non possit, in talibus aũt Concilijs, ieiunia cum alijs, ut cum Festis cũ Confessione ꝓ festo Pasche sunt decreta, ergo obligant.

Secundo, per illud Luce.22. Ego rogaui pro te Petre ut non deficiat fides tua, Ecce Christus dñs rogauit pro Ecclesia; cui⁹ constitutus erat Pastor Petrus, ut non deficiat, Non defecit ergo Ecclesia ista cuius Petrus, & post, successores Petri sunt Pastores, Non defecit ꝑfecto in ueritate Euãgelica, Ergo quæ docet uera

uera sunt, Docet autẽ inter cætera ieiu- nia, Ergo uera sunt & tenenda, Et con- firmatur per illud Matth. ult. Ecce ego uobiscum sum usq; ad consumationem seculi.

Tertio ꝑbatur, per illud Matth. 18. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Ecce insinuat, ꝙ rebelles Ecclesiæ sunt abijciendi, non modo in correptione fraterna, sed etiã in q̃cumq; alia constitutione obseruan- da.

De Pastoribus seu Prelatis Ecclesiæ sub nomine Discipulorum, dicit Dñs, Luce. 10. Qui uos audit, me audit, qui uos spernit me spernit.

Et Matth. 23. Omnia quecũq; dixerit uobis facite & seruate, Et Apostolus ad Hebre. 13. obedite Prepositis uestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, q̃si rationem de animab9 uestris reddituri. Postquã ergo ꝑbatum est, nos obligari ad seruanda ieiunia, tam de iure diuino q̃ de mandato Ecclesiæ, Restat dissol- uere Argumenta Hereticorũ, quibus ni- tuntur oppositum probare, cassando sacra ieiunia.

Obiectiones contra Ieiunia cum solutionibus earũdem.

Prima Ratio; seu obiectio, Pastores Ecclesiæ, tenent locum Dei, qui querit omnes saluos facere, & neminẽ perdere, Debentq; imitari eius benignitatem. Si autẽ ipsi Pastores leges constituunt, (ut ieiuniorum & aliorum) obligantes sub damnatione, quomodo benignitatem Dei imitant? Aut qũo student saluti subditorum? Hoccine est officium patris in filios, aut Pastoris in Oues infirmas? Cur nõ magis habent rationẽ infirmitatis humanæ quæ facile labit? Ergo potius admonerent constitutiões seruandas, seruanda ieiunia, & alia huiusmodi, quam preciperent.

Respondet. Nullo modo repugnat benignitati diuinæ, neq; pijs uisceribus in subditos, obligare ad pænam transgressores legis constitute. Patet, Nam quũ Deus denunciauit Adæ in Paradiso, dicens, Geñ. 2. in quocũq; die comederis ex eo, scz Ligno, morte morieris. Non

Nō fuit in ipſum Adam immiſericors: ſed prouidus, denunciando futurum periculum, ut illud euitaret. Similiter, quis immitem Deū dixerit, quia i Pſal. dixit. Si aūt dereliquerint filij eius legē meam etc. uiſitabo in uirga iniquitates eorum? Profecto nemo immitem dicet. Ita igitur diffinitio pænæ, a paſtoribus Eccleſiæ facta, nullo modo degenerat ab emulatione diuinæ bonitatis: quia ea ipſa determinatio pænæ, nō fit, ut quis pænam illam incurrat, ſed obtemperans eccleſiæ, eā effugiat. Quod ſi, quis preuaricatͣ preceptum Eccleſiæ, & incurrit diffinitam pænam, non intrudunt eū Paſtores in Gehennam, ſed ſolus ipſe tranſgreſſor, ſua ipſius culpa, ſe facit reū Gehennæ, ut qui ſua negligentia, uel malitia Statutum Eccleſiæ uiolauit, quod potuit & debuit obſeruare.

Secunda obiectio aduerſariorū eſt. Nemo pænam poteſt cuiquā conſtituere, quā non poteſt illi infligere. Primores aūt Eccleſiæ: nō poſſunt cuiq̄ infligere pænam Gehennæ, ergo non poſſunt eam decernere.

Respondet. Falsum assumit; Sufficit enim ad pœnam in legibus condendis definiendã, q ipse qui legem fert, possit illã pœnam irrogare, uel is cuius autoritate talem ponit legé, & a quo potestatem accepit, & legis cõdende & definiende pœnæ, Nunc aũt, q̃uis ecclesia & eius suppremi Rectores, non possint infligere supplitium Gehennæ transgressoribus suarũ legum. Deus tamen, a quo acceperunt autoritatem ferendarũ legum, & cuius directione leges condunt, talem decernũt pœnam, potest illam pœnam transgredientibus inferre. & hoc sufficit.

Tertia obiectio Hereticorũ aduersus ieiunia, Dicit Dñs Isaie. 78. Nũquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominé animam suam? Nõne hoc est magis ieiuniũ qđ elegi? Dissolue colligatiões peccati, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne onus disrumpe. Frange esurienti panem tuũ, egenos uagosq; induc in domũ tuam, Cum uideris nudum, operi eũ etc.

Ecce Deus illud commendat ieiunium,

um,qđ fit in abolitione peccatorũ commissorũ,& in custodia a peccatis, & nõ affligere animam per diem.

Respondetᷣ, Non reprobat hic Dñs ieiunium,quod fit in afflictione corporis,sed solũ illud reprobat quod fit perperam,& qđ malis operibus coniungitur,ꝑpter quæ opera nõ est Deo acceptum tale ieiunium, sicut nec aliud bonum opus,puta,Oratio,Elemosina etc,

Et ꝙ hoc sit uerum, patet ex eodem Isaia.cap.79.ubi dicitᷣ,Quare ieiunauimus & nõ aspexisti ? humiliauimꝰ animas nostras,& nescijsti?Respondet dominus,quia ecce in die ieiunij uestri,inuenitᷣ uoluntas uestra,& omnes debitores uestros repetitis,ecce ad lites & contentiones ieiunatis,& percutitis pugno impie etc,q̃si dicat. Respexissem nostra ieiunia, nisi peccata uestra obstitissent.

Quomodo ergo Heretici obganniunt,qui dicunt.Bene ieiunat,qui a peccatis abstinet, hoc Deo est gratũ, declinare a malo,& facere bonum. Respondetur, bene dicis. Abstine igitᷣ a malo,

abstine a peccatis. Quo modo autē abstines a malo, qui inobedientiæ incurris reatū? Quomodo ille facit bonum, & mandata Dei custodit qui Ecclesiam & deinceps Deum contemnit?

Quarta corū obiectio, dicūt ꝙ ieiunium sit de minimo bonorū.

Respondet, ut hoc appareat falsum, producam⁹ paucis fructus ieiunij. Sūt aūt sex fructus seu utilitates ieiunij.

Primus fructus est, ꝙ aperit fores regni cœlorum his qui pie & integre illud exercent, Quod Ecclesia in diebus quadragesimæ canit, Paradisi portas aperuit nobis ieiunij tempus, suscipiamus illud orantes etc. Esus expulit hominē de Paradiso, ieiuniū introducit, Ideo & Christus Dn̄s pollicet, Matth. 6. ꝙ pater cœlestis ieiuniū reddet tibi .s. in cœlo.

Secūd⁹, ieiunium sanat, uelut Antidotū animæ uulnera, per crapulam & Gulam inflicta, unde orat Ecclesia dicens, Presta q̄sum⁹ omnipotēs Deus, ut dignitas conditionis humanæ per immoderan-

moderantiã sauciata; Medicinalis parsimoniæ studio reformeť.

Tertius fructus, ab eterna damnatione animã liberat frequens exercitatio ieiunij. Patet Luce. 6, Beati qui nũc esuritis, qm̃ saturabimini. Sicut econtrario Ve uobis qui saturati estis quia esurietis. Exemplũ de Lazaro, qui esuriebat, cupiens satiari de Micis quæ cadebant de mensa diuitis. ideo nunc cõsolatur, Diues autem Epulo, qui saturabatur, nunc esurit.

Ideo orat Ecclesia, Cordibus nostris quesum9 Dñe gratiam tuã benign9 infunde, ut peccata nr̃a castigatione uoluntaria cohibeñ. temporaliter pocius maceremur, q̃ supplicijs deputemur eternis.

Quartus. Ieiunium est efficax remedium, ad impetrandam a Dño ueniam peccatorum. Patet in Niniuitis. Ione. 3. & in multis alijs.

Quintus, Per ieiunium extinguunť incendia carnis. Est enim tanq̃ frenum, quo coherceť caro, & subijcitur recte rationi, tunc non insolescit in spiritum, sed dominatum ei permittit, & libertatem ei concedit.

Vñ Aug. lib. de Heresib⁹ refert de Aerio heretico, ꝙ noluerit tũc ieiunare qñ Ecclesia ꝑcepit ieiunãdũ, ne sit seruit⁹, & q̃si Lex Mosaica, sed pro suo arbitrio & nutu dicebat esse ieiunandũ, Sed ad hec rñdetur, ꝙ Hereticus iste non intellexit ieiunia esse ab Ecclesia indicta, ut per illa libertas Christiana obtineret: quæ libertas est spirit⁹ non carnis, & ꝑ quã caro mortificat̃ cũ uicijs & concupiscentijs, spiritus autem uiuificatur & uegetat̃, Et ad hoc ualet ieiunium.

Hoc tẽpore hec heresis est resuscitata. Causa est quia uident cã ualde esse cõuenientem licentiose suæ libertati, quæ libertas carnis est, non spiritus.

Sext⁹ fruct⁹ ieiunij, qui in prefatione ponit̃ ubi dicit̃, Qui corporali ieiunio uitia cõprimis, mentem eleuas, uirtuté largiris & ꝑmia, Premia dicit magnam em̃ parit securitaté ĩ extremo uitæ exitu.

En habes ieiunij utilitates, Quõ ergo aduersarij audét dicere ieiunium esse de minimo bonorum?

Et quia tãte efficatiæ est ieiuniũ corporale ideo sc̃ti ipsi illd̃ admodũ magnifecerunt

fecerunt,& qui erant añ Christũ,& qui tempore Christi, & qui post Christũ.

Añ Christũ,Moses ieiunauit ut dictũ, Item Dauid humiliabã inqt in ieiunio aniam meã.Et iterũ. Operui in ieiunio aniam meam,Et ostendens quo genere ciborũ sit ieiunandũ,dicit. Genua mea ĩfirmata sunt a ieiunio,& caro mea immutata est ꝓpter oleũ, Nota oleũ,Non eñ itellexit de oleo uaccæ,quod est Butirũ,ut irrisores uolunt etc.

Ieiunauit Helias,Hester,Thobias,Iudit etc.

Tpe Christi dñi, magnificatũ est quoq; ieiuniũ. Nã,idem dñs:oĩs pfectionis Exemplar, qui dixit, Tollite iugũ meũ super uos,licet carnem habebat spiritui obsequẽtissimam,tñ ieiunauit in exemplũ nostrũ, Et ꝓmisit mercedem, ut dictum est.Ieiunauit Baptista,& discipuli eius. Ieiunauit Anna Prophetissa Luce 2.& sic de aliis.

Et oñdit Christ9 dñs tempus,licet indefinitũ Matth.9.Lu.9.quo sui discipuli ieiunare debebãt,dicẽs Nũquid possunt filij sponsi lugere q̃diu cum eis est spons9? uenient aũt dies,qñ auferet ab eis spons9,& tũc ieiunabũt. Post

Post Christum ieiunabant Apostoli; unde beat9 Paulus. 2. Corinth. 6. Exhibeamus nos sicut Dei ministros in multa pacientia, in laboribus, in Vigilijs, in ieiunijs.

De ieiunijs discipulorum Christi lege Acto. 13. 14. 27. etc.

Ob eam causam, Ecclesia sciens magnam efficatiam ieiuniorum, istituit legem eorum, quã nulli unq̃ preter Hereticos & Scismaticos euertere moliti sũt.

Ideo Apostolus. 1. Corinth. 8. dixit. Si esca scandalizat fratrem meũ, nõ manducabo carnes in eternum ne fratrem meum scandalizem.

Vtinam hec Lutherani obseruarent, qui nullo habito respectu pusillorum, quolibet tempore quouis cibo uescuntur.

Sed iam reuertamur ad Argumenta Hereticorum.

Quinta igit᷑ obiectio eorum est. Ieiunium ob eam causam potissimum est institutum, ut reprimat᷑ concupiscentia carnis;

carnis, & libidinum incendia extinguãtur, utq; corpus maceret. Ergo ubi quis id assecutus est, assiduo uirtutum exercitio, q caro iam est subiecta Spiritui, nulla iam rebellio insurgit, amplius nõ oportet ieiunare, cum frustra sumatur Medicina ab eo qui caret Morbo, Ergo saltẽ nõ omnes ieiunare obligati sunt.

Respondet. Ieiunium, non solum est medicina concupiscentiarũ preteritarum curatiua, & pſentiũ repressiua, sed etiam est medicina a futuris cõseruatiua, ne rursus homo in morbum relabatur. Quam diu enim hic agimus, nemini tuta est sua castitas. ideo semper egemus Mædicina.

Vnde Hieronymus ad Eustochium. Quãdiu in hoc fragili corpore detinemur, Quãdiu habemus thesaurũ istum in uasis fictilibus, concupiscit caro aduersus spiritum, nulla est certa uictoria. Nemo est securus. Si Apostolus. 1. Cor. 9. castigat corpus suum, & in seruitutem redigit, ne forte reprobus efficiatur qd nobis erit agendum, qui nec scintillam perfectionis eius habemus? quomodo non

non egemus Mædicina Preseruatiua; ieiunio uidelicet.

Preterea, Ieiunium non solum ob eã fit causam ut cõprimant uicia carnis, sed etiam ob alias, ut ad expeditiorem eleuationem mentis in Deum, Ad uirtutum augmentum, ad faciliorem impetrationem donorũ Dei, ad consequẽdum uberius premium in cœlo, ut Pater qui uidet in abscondito reddat nobis nostra ieiunia.

Omnes ergo obligantur ad ieiunia qui ieiunare possunt, si sint etiam quãtumcũq; perfecti. Vnde error Beg Vardorum fuit, ꝙ homines perfecti non teneantur Ecclesiasticis legib9 subiacere. Hoc autẽ falsum est, ut patet Exemplo Christi Dñi, qui licet fuerit perfectissimus, tamẽ Legem impleuit, sicut dixit. Non ueni soluere Legem, sed adimplere. Similiter Apostoli perfecti erant, & tamen Legem seruabant. Ita & de aliis Sanctis dicendum.

obiectio

Sexta Obiectio contra ieiunia, Dicit Jaco. 1. ꝙ Lex noua, est Lex perfecte libertatis, & a Dño dicit esse iugum suaue & onus leue Matthei. 11. debet ergo minorem

minorem sarcinam imponere humeris fidelium q̃ Lex antiq̃ suis imposuit. Oppositũ aũt uidemus in ieiunijs, quia nos plura ieiunia in noua Lege habemus, q̃ illi in Veteri habuerunt.

Respondet, Lex Euangelica dicitur recte Lex libertatis, quia liberat nos a seruitute legis Mosaicæ, & a graui pondere peccatorũ, per uberiorem gratiã, et per sacramentorũ pceptionem, tanq̃ medicamentorum, quæ sunt ordinata contra uulnera nostrorũ peccatorum. Eadem Lex dicit iugum suaue, quia nõ subijcit nos multiplici ritui legaliũ obseruantiarũ & diuersis cærimonijs antiquæ legis, sed cõmendat nobis dilectionem in Deũ & proximũ, quæ dilectio leuia facit & facilia omnia opera Legis nostræ.

Cæterum, Lex ipsa noua, spiritualis est, perfectiorq; & sanctior, q̃ fuerit Lex Vetus, quia illa fuit figura & umbra, ideo maioribus eget adminiculis ut in ea caro reprimat, & ueget spirit9, ut etiã perfectio interioris hominis acquirat. ergo merito plura sunt ieiunia in uoua

Lege,

Lege, q̃ fuerunt in Veteri; ut horũ pre-
ſidio commodius ſecundum ſpiritum
uiuatur.

Septima Obiectio, Dixit Apoſtolꝰ.1.
Timoth.4. In nouiſſimis tẽporibꝰ diſ-
cedent quidã a fidẽ attendẽn ſpiritibus
erroris, ꝓhibentiũ Nubere, docentium
abſtinere a cibis, quos Deus creauit ad
ꝑcipiendũ cum gratiarũ actione fideli-
bus, quia omnis Creatura Dei bona eſt,
Et ad Tit.1. dicit, Omnia munda mun-
dis, Quia ergo omnis Creatura Dei bo-
na eſt, & nihil reijciendum quod cum
gratiarũ actione percipit̃ ut dicit Apo-
ſtolus, non ſunt reijciende carnes quo-
uis etiam anni tempore.

Respondet̃. Beatus Paulꝰ in his uer-
bis contra ſolos agit Hereticos (qui po-
ſtea uenturi erant) qui eſum carnium &
Vini potũ abominabilem eſſe aſſeuera-
bant, perpetuoq; fugiendũ, ꝙ ex ſua na-
tura male eſſent carnes & uinum malũ.
Et hoc modo cum Manicheis creaturas
Dei infamabant, Quales fuerunt En-
cratitæ, Taciani, Seueriani etc. Ita Aug.
ſoluit contra Adimantũ Manicheum;
Talis

Talis erat & Martion Hereticus.

Contra hos igit Hereticos hec dicta sunt, Non contra eos, qui delectū ciborum certis temporib9, uel etiam perpetuo sua sponte uel ex uoto seruant pro castigatione corporis, horū abstinentia laudabilis est & Deo accepta, Alioquin & Thimotheus ad quem scripsit Paul9 errasset, abstinendo a Vino, nec eo utendo, nisi egritudinis tempore consentiente & consulente beato Paulo, & dicēte Modico Vino utere, propter stomachum etc.

Nihil ergo iste locus Hereticis suffragatur.

Et his omnib9 astipulatur Decretum Concilij Gangrensis, contra Hereticos improbañ esum carnium. Vide in Decreto tricesima Dist. ca. Si quis carnem.

Octaua Obiectio, Dicit Matth. 15. Nō quod intrat in os, coinquinat hominem.

Respondet. Hunc locū torquebant etiā Manichei Heretici contra delectū ciborū, ut dicit Aug. lib. 16. contra Faustum.

ſtum, Dicendum ergo, ꝙ nihil hic dicit Chriſtus de ieiunio, ſed tollit errorem Iudeorũ, qui credebant cibos non lotis manibꝰ tactos, fieri immũdos, & comedentem talem cibum fieri imundum. ut liquet ex Mattheo. & ex Marco ca. 7. Hanc ſtulticiam reijcit Chriſtus, cibos illotis manibus tactos, non coinquinare comedentes.

Preterea, Cibus inq̄ntum cibus, quia eſt creatura Dei, non coinquinat hominem, ſed ſi ſumatur cibus ſuperflue, aut contra preceptũ Dei uel Eccleſiæ, iam coinquinat hominem, Quare enim ille cibus qui intrauit in os Adæ & Euæ in Paradiſo, coinquinauit illos? quare? niſi quia contra preceptũ Dei illũ ſumpſerunt. Coinquinat ergo hominem cibus qui intrat in os, non inq̄ntũ cibus, ſed quia illicite ſumptꝰ. Alioquin comedens ſuffocatũ tempore Apoſtolorum, aut uenenum ſcienter non fuiſſet coinquinatus?

Erubeſcant ergo hi qui hanc obiectionem cõtra Catholicos ſemper uerſant in ore, non modo Viri ſed & mulieres, diceñ, Non qd intrat in os etc. Summam

mam insciciam suam per hoc declarantes, aut ex odio quo semp in Catholicos feruent id effucieñ.

Nona Obiectio, Apud plerosq ieiunia sunt incitamenta maioris Gulæ, & occasio mensæ laucius istruende, Nam quũ ieiunant, plura fercula preparant, splendidi9 epulanẽ, Gulam cõmittunt, & tantũ cibi sumunt in uno prandio, quantũ in duplici, & postea nulli alteri usui q̃ somno sunt apti, & sepi9 ex Stomacho aut alio morbo laborant. Ergo potius tollenda sunt ieiunia.

Respondeẽ, Hec fiunt non ex natura precepti sed ex hominum nequitia, qui abutunẽ precepto. Nõ tamen propter hoc tollende sunt Leges ieiuniorum, quia aliqui abutunẽ ieiunijs, sicut non est eradicandum triticum propter Lolium.

Decima Obiectio, In exordio Ecclesiæ admodum pauca fuerunt in dicta ieiunia, quare ergo nunc sunt aucta?

Respondeẽ, Falsum est quod hic assumunt aduersarij, pauca scz cõstituta fuisse ieiunia circa prima tempora Eccle-

 siæ.

ſiæ.Imo maior tunc erat,rigor ieiunio-
rum & crebrior uſus.Id quod plane cõ-
ſtat ex forma uiuendi Apoſtolica Actu.
4.deſcripta,& ex Eccleſiæ Alexandrinæ
norma,ut patet ex Euſebio Cæſarienſi.
Si em̃ ſpontaneam paupertatem illi in
primitiua Eccleſia eligebant,ita ut om-
nia illis eſſent cõmunia quid putandũ
eſt in ieiuniorũ frequentia ? Quam au-
tem frequens ieiunium apud illos pri-
mitiuæ Eccleſiæ Chriſtianos fuerit,pa-
tet,Nam beatus Ignatius qui fuit tem-
pore Apoſtolorũ,ſcribens ad Smirnen-
ſes,admonet eos,ut feriam q̃rtam & ſex
tam ieiunent,Quod nequaq̃ faciendũ
ſuaſiſſet,niſi id publicus tũc uſus Eccle-
ſiæ habuiſſet, Idem habet de conſe.diſ.
3.ca.de eſu.& ca.Ieiunia ſane. Item de
conſe.diſ.3.ca.Sabbatho uero,Pontifi-
tio preſcripto iubetur hebdomadatim
obſeruari ieiuniũ Sabbathi,quod nunc
receſſit ab uſu,niſi q͗ a carnibus abſtine
mus. Item de conſe.diſ.3.ca. Rogatio-
nes,iubent tres dies Rogationum cele-
brari cum ieiunio & ciborum Quadra-
geſimalium uſu,quorum neutrum hoc
tempore, in uſu eſt Eccleſiæ, ſed ſola a
carnibus

21 257

carnib⁹ abstinentia. Preterea Telesphorus adiecit Clericis integram Quinquagesimæ hebdomadam cũ ieiunio transigendam, ultra populũ Laicum, dis. 4. ca. Statuimus, qđ tamen hodierno tempore abrogatũ est. Item, in primitiua Ecclesia ieiunium ꝓtendebatur in Vesperum. Vides igitur iam manifestũ esse ex his, Ecclesiam Dei scd'm processum temporis, non esse progressam ex latiore uiuendi ratione in districtiorem, ut nobis solent obijcere aduersarij. Imo pocius e diuerso exarctiore & austeriore uictus conditione, in solutiorem & remissiorem.

Vndecima Obiectio, Cum ex aliqua Lege posita, plus mali nascit̃ q̃ boni, lex illa rescindenda est. Ex Legibus autem Ecclesiasticis, prescribentibus ieiuniorũ obseruationem, plus incommodi quã commodi enascitur, eo ꝙ uix Decimus quisq; ieiunia illa indicta obseruet, & tales mortalis culpæ sunt obnoxij & Gehennæ. Ecce incommoda.

Respondet̃. Eorum culpa est. Nam sua sponte uiolant ieiuniorum Leges,

& refellit hec argutia hoc modo. Si nō fuisset primis parentibus datum a Deo preceptum, ne sumerent de fructu arboris scientiæ boni & mali, neq; decreta pæna, non incidissent in tanta mala. Ergo preceptū illud & cōminatio pænæ, fuit causa tantorum malorum, in quæ inciderunt & cum posteris suis, qđ tamen falsum est.

Ita in proposito, quod assumit uerū est, qđ concludit, falsum, Non em̄ Dei preceptum de fructu arboris Vetitæ nō manducando. causa fuit per se & propria, illorū malorum in quæ primi Parentes inciderunt, sed illi9 precepti preuaricatio est causa primaria & precipua & tota illarum miseriarum.

Non aliter Statutum Ecclesiæ de ieiuniis obseruandis, & pæna decreta in transgressores illi9, non sunt causa, q̄re in perditioné multi corruunt, sed causa est, transgressio huiusmodi Decreti Ecclesiastici, sponte a non ieiunantibus facta, qui malunt suæ Gulæ indulgere, q̄ spiritui obtemperare.

Duodecima Obiectio, dicit Apostolus

lus. 1. Corinth. 10. Omne quod in Maccello uenit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Domini enim est terra & plenitudo eius.

Respondet, Nihil his uerbis Apostolus contra ieiunia loquit, & false Heretici ea torquent ut consueuerunt ꝓ suo ꝓposito. Est ergo sensus horũ uerborũ. Vult eñ dicere Apostol9, ꝙ etiam esto ꝙ esculenta idolotita sunt, & in honorem Idolorũ consecrata, id est, licet sint ante, immolata Idolis, Attamen fidelis si ea sumat, non in honorem Idolorũ, sed in honorem Dei, & cũ gratiarũactione, & ex illa manducatione null9 scandalizetur, iudicans manducantem illis uesci in honorem Idoli, talibus sine omni culpa uti possunt.

Jam vides aduersarios nihil his uerbis ꝓ se concludere.

Iam itaq; confutauim9 Argumentationes aduersariorum, quibus contra Catholicos uti solent. Iam facile quisq; noscere potest illos, nullas scripturas habere solidas, sed false illas adducere

 & tor-

& torquere ꝑ suo sensu. Et Articulo ab uno, disce omnes. Quō igitur paciūtur se ab eis decipi hi qui decipiuntur.

Et dicūt contra Catholicos. Vos cō-fiditis in ieiunijs uestris, ergo estis Hipocrite.

Respondet, infra hec obiectio solue-tur. Nunc tamen breuibus ad hec dicen-dū. Cur o Heretici calumnias aduersus nos struitis? cur mentimini, nos confi-dere in ieiunijs? Nos non confidimus in ieiunijs queadmodū nec in alijs bo-nis operibus. Imo etiam esto, ꝙ omnia fecerimus quæ precepta sunt nobis. (quod tamen non affirmamꝰ, quis em̄ facit omnia?) adhuc diceremus, iuxta Christi Dñi doctrinam, Serui inuti-les sumus, quæ facere debuimꝰ fecimꝰ. Non ergo confidimꝰ in ieiunijs, sed cō-fidimus in promissis Christi Domini, eo ꝙ ꝓmiserit ieiunia nostra nobis red-dere Matth. 6. ut dictū est. Item confidi-mus in immensa Dei misericordia, qua ieiunia nostra & alia bona opera, ex eas-dem sua misericordia acceptat. Licet de se nihil sunt, De se, loquor, Nam cum gracia

gratia Dei coniuncta non sunt nihil, ut infra dicetur. Tantum de Ieiuniis.

Secundus Articulus de Fide et Operibus.

Nter alios errores multos est unus magnus Hereticorũ nostri temporis, ꝙ dicunt solam Fidem sufficere ad iustificationẽ & consequendam uitam eternam, etiã si nulla sint bona opera in adultis, quoniam ut ipsi dicũt opera ipsa non sunt necessaria ad expurgationẽ peccatorũ, neqꝫ ad gratiam & salutem obtinendã.

Hec est una eorum libertas. Imo licentiosa indulgentia, quã altisona Buccina toti mundo ꝓpalant, ut edocti homines solam fidem ad salutem sufficere, seqꝫ absolui ab operũ obligatione &

onere, libentius ad libertatem istorum aduersariorum nostrorũ ꝑsequendam, ferant̃, eamq; amplectantur cupidius. Hic sane est laqueus. hec Pedica. Hoc rete, quod tetenderũt Heretici nostri temporis, incautis pedibus fidelium, ut inuoluti trahant̃ in extremam ꝑnitiem.

Hanc autem exe
cõprobare nitunt̃, a
Scripturæ sanctæ, c
mento, tum ex No
cunt enim, scriptũ
Abraham Deo, & r
stitiam. Et Abacuc. e
sua uiuet. Et Luce. 1 i
fecit. Et Ioan. 6. Qui credit in me, habet uitam eternam. Et ad Romanos. 5. Iustificati ex fide, pacem habeamꝰ ad Deum. Et ad Ephe. 2. Gratia saluati estis ꝑ fidem, & hoc non ex uobis.

Et multas alias Propositiones consimilis sententiæ, passim in Scriptura positas, colligunt, & adducunt, in suæ assertionis roborationem. Quibus ꝑfecto nihil aliud probant, nisi ꝙ ipsa fides sit in primis necessaria ad aníæ salutem, &

ꝙ sit

ꝙ sit fundamentum salutis, & initiet salutem, quod & nos quoque non negamꝰ cum scriptum sit ad Heb. 11. Sine Fide impossibile est queq̄ placere Deo. Sed nũquid recte possunt ex hoc concludere, ipsam Fidem esse sufficientem, & p̄ter illam nihil aliud in nobis exposci? Profecto non possunt. Nos enim dicimus, ꝙ Fides salutem iniciet, opera aũt consument, ut infra dicetur.

Et uide aduersarios quid agant? Ex unaquaque Propositione assumpta, sine exclusione posita, exclusiuam faciunt. hoc modo exclusiuam particulam singulis illis Propositionibus addentes. Iustus in fide sua uiuet, Ipsi aũt addunt. Iustus in fide tantum sua uiuet. Paulus dicit, Iustificati ex fide, ipsi aũt dicunt. Iustificati ex sola Fide, & sic de aliis. Nusq̄ ponit̃ exclusio in predictis ꝓpositionibꝰ, ipsi aũt ubique ponunt exclusiuam scz sola, uel tantum. Et conuenit eis illud Apoca. ulti. Si quis apposuerit ad hec, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto.

Deprauant ergo aduersarii isti literas,

easq; ad sensum alienum torquent, suæ impietati consonanté, Sed non est difficile eos conuincere falsitatis, ex ipsis testimonijs sacræ scripturæ. & respondere ad hec, quæ pro se adducunt.

Sed prius probem9 oppositū, q; uidelicet nō sola fides sufficiat ad iustificationem & ad beatitudinem eternā consequendam, sed ut hanc beatitudinem consequamur, bonis operibus insudandum. Ita q; q̄q̄ Christus ianuam beatitudinis eternæ aperuit, ut dicit Psalm. Ascendisti in altum etc. Et ad Ephe. 4. Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Et item, Iter pandit ante illos.

Voluit tamen idem ipse Dn̄s Christ9 & nos nauare omnem operam in bonis Operib9, quibus Fides ipsa, primaq; illa atq; iustificans Beatitudo perficitur. Ita q; Fides iniciat, opera autem cōsumant, id est, consumate iustificant.

Testatur id Dominus; Matth. 7. dicens. Non omnis, qui dicit mihi Domine

ne Domine, intrabit in regnum, sed qui facit uoluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorũ. At hi qui sinceram habent & integram fidei confessionem, hi sunt, qui Christo dicunt Domine, Domine. Non omnibus ergo illis patebit ianua regni cœlorum, sed his tantum qui fidei habent coniuncta pia opera. Hi enim faciunt uoluntatem Patris cœlestis.

Item Iacobi .2. dicitur, ꝙ Abraham ex operibus iustificatus est, immolans filium suum Isaac, & non ex fide tantũ, immo idem Apostolus in toto Capit. Secundo suæ Epistolæ contendit & astruit, ꝙ Fides sine operibus mortua est & ociosa.

Stant hec uerba aduersus assult⁹ omnium Hereticorum forciora etiam portis inferorum.

Quod si Iacobi Epistolam negare uoluerint & eam repudiare, quasi Apostolico spiritu indignam, uerum & nos eadem facilitate reijciemus Paulum, cæterosq; Ecclesiasticos Scriptotes, quũ &

hos & illum nobis Ecclesia tradiderit. Sed absit a Christianis hec temeritas.

Astipulaẽ beato Iacobo, & sacer Paulus ita scribens. 1. Corinth. 13. Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, Charitatem autẽ non habuero, nihil sum. Nota, omnem fidem, Qui dicit omnem, nullam excludit.

Quid his uerbis potest esse apercius contra aduersarios? Nam ex his uerbis. Primo sequiẽ ꝙ fides etiam uniuersalis & omnium credendorum, posit a charitate separari, ne ad id confugiant Lutherani. se dictũ suum intelligere de Fide, charitati coniuncta, Hoc enim non possunt dicere. Nam talis Fides, scz quæ charitati coniuncta est, semꝑ opera habet se comitantia, nec unq̃ separaẽ a bonis operibus, nunq̃ enim est ociosa. Ipsi aũt quos improbam9, secludunt opera bona, a Fide sua quã dicunt sufficere ad salutem, ergo oportet eos dicere, ꝙ ipsi loquũtur de fide a charitate separata, & non de fide per dilectionem operante.

Ex hisdem quoq; uerbis Apostoli mõ adductis

adductis. Secundo manifeste patet, charitatem esse necessariam ad salutem, ita ꝙ sine ea, queuis opera de genere bonorum, nil conferunt ad cõsequendam uitam eternam. Ergo sola Fides non sufficit ad salutem.

Abeant igit̃ hi qui dicũt, Nos inquiunt cum dicimus, ꝙ sola Fides saluet, intelligimꝰ de Fide uera, charitati coniuncta. Hec saluat, Non autem opera. Iam responsum est ad hec. Hi enim qui sic dicunt, nec seipsos intelligũt, & obijciat̃ aduersus eos sic. Si concedis hanc fidem charitati cõiunctam saluare hominem. Iam etiam concedis ꝙ & opera saluent. Nam charitas sine operibus non est.

Rursus, idem Apostolus, 1. Corin. 16. scribit. State in Fide, uiriliter agite, & cõfortamini. Omnia aũt uestra in charitate fiant. Ecce rursum post fidem, admonet eos ut habeant charitatem. Ergo non sufficit Fides.

Insuper, Dñs, Matth. 19. aperiens adolescenti uiam ad possidendam uitã eternam dicit. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Et Legisperito, Luc. 10.

dicit, hoc fac & uiues, Vtrumqꝫ eorum, hoc est, & adolescentem, & Legisperitū mittens & inuitans, nō ad Fidem, nam eam habebant, sed ad opera bona exercenda.

Adde, ꝙ & apud Lucam dixisse scribitur Christus, Luc. 12. quod seruus qui cognouit uoluntatem dñi sui, & non se ꝑparauit, & nō fecit scđm uoluntatem eius, plagis uapulabit multis. Sed sciens uoluntatem dñi sui, & non faciens, is ꝓfecto est qui habet fidem, & nouit quænam sint agenda, non tñ ea exequitur, ergo ex eo Euangelij loco, talis conuincit esse reus eternæ damnationis. Quod & ex eo Beati Iacobi uerbo cap. 4. similiter colligitur. Scienti ergo bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. Ecce quomodo Fides sine operibus, grauiorem exaggerat culpam & pœnam, tantum abest, ut suo autori salutem operetur.

Item, Matth. 7. dicit Dñs, Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittet.

Matthej. 5. Nisi abundauerit iusticia uestra plusq̄ scribarum & Phariseorum, non

non intrabitis in regnum cœlorum.

Ioan.15. Vos amici mei estis,si feceritis quæ precipio uobis.

Ad Roma.2, Non auditores Legis, sed factores iustificabuntur.

1.Ioan.3. Filioli,nemo uos seducat, qui facit iusticiam,iustus est. Ecce his uerbis Apostolus taxat istos qui predicant sola fide Christianos iustificari.

Demum,in extremo iuditio,Matth. 27.De operibus ipsis aut factis,aut pretermissis, districta fiet discussio. Et iusti quidem ꝓpter opera misericordiæ impensa pauperibꝰ inuitabunt̃ ad eternũ cœlestis gloriæ premium, Reprobi uero pro eisdem neglectis, detrudent̃ in perpetuum Gehennæ supplitium.

Proinde diuinꝰ Apostolus ad Gala. 6. ad sedulum bonorum operum studium,sollicite nos hortat̃ dicens,Dum tempus habemus. Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad Domesticos fidei,Quod & sapiens quoq; facit, Eccle.9.Quodcũq; facere potest manus tua instanter operare, quia nec opꝰ,nec

Racio,nec Sapientia,nec Scientia, erũt apud inferos, quo tu properas.

Eadem & Petrus precipit.2.Petri.1. dicens. Quapropter fratres magis satagite,ut per bona opera,certam uestram uocationem faciatis, Hec enim facientes,non peccabitis aliquando.

Quæ uniuersa id probãt plenissime, non solam fidem sufficere homini Christiano, sed Ieiunia,Vigilias, Labores, abstinentiam, Deniq; uirtutem omnẽ exigi.quo certior reddat ipsa uocatio. Quæ subinde uirtutes,non tam nomie, q̃ re ipsa a dono fidei sunt dissectæ.

Adde his quod Paulus ubi Galathas fide iustificatos dixit, mox intulit cap. 6.quid his maximopere incũbat. Itaq; operemur bonum ad omnes, maxime aũt ad Domesticos fidei. Hinc fructus quosdam ibidem exprimit, capit,5.in quibus se fides exerceat oportet.Fruct9 aũt inquit spiritus est,charitas,pax,gaudium,pacientia, lõganimitas, bonitas, benignitas, fides,modestia, cõtinentia, castitas.

En

En hic fidem cæterasq; uirtutes, fru-
ctus asserit spiritus.

Et ut hec omnia tandem conclūda-
mus, tota scriptura, & Veteris & Noui
Testamenti nos omnibus uiribus ad bo
na opera hortatur, ut dicit Psal. Decli-
na a malo & fac bonum.

Iā restat soluere ea que aduersarij contra nos obiiciunt.

Arguunt primo contra nos. Ad Ro-
ma.3. Arbitramur iustificari hominem
per fidem sine operibus Legis, Nam ex
operibus Legis, non iustificabit omnis
caro coram illo.

Respondet, per opera legis intelligit
Apostolus sacra, & Cærimonias Legis
Mosaice, & obseruationē institutorum
Veteris Legis, q̄les erant circūcisio, ob-
seruatio ciborum, Sabbathorum, Neo-
meniarum, sacrificiorum etc. quæ post
Euangelicæ lucis coruscationem, non
modo nihil contulerunt ad iustificaci-
onem, sed & plurimum obfuerunt, qui
spem salutis ac fidutiam in ipsis collo-
carunt. Quo circa aduersarii applican-

tes illa Pauli uerba ad opera Legis no-
ue, de quibus ibidem non loquitur Apo-
stolus, peruertunt Apostolicam senten-
tiam, & perperam interpretantur. Et recte
illis potest obiici illud Matth. 22. Erra-
tis nescientes scripturas.

Secundo obiiciunt illud Abacuc. 2.
Iustus in sua fide uiuet. Concludunt.
Itaque non ex operibus, sed ex sola Fide,
Respondetur, Fatemur iustum ex fide ui-
uere, est enim fides fundamentū spiri-
talis ædificii, quia sperandarum rerum
substantia, Sed quod Hereticus assumit, ex
sola fide, lacerat & falsificat Textū, quia
nullibi dicit Iustum ex sola fide uiuere.

Tertio obiiciunt, Qui credit in filiū
Dei, non condemnatur Ioan. 3. Ecce suf-
ficit credere. Respondetur, Credere in De-
um usu scripturæ īcludit adherere Deo
per charitatem, secundum Augustinum.
Theologi iuniores appellant fidem for
matam quod patet ex S. Paulo ad Ga-
la. 5. ubi dicit. In Christo Ihesu. neque cir-
cumcisio quicquam ualet, neque preputium,
sed fides per dilectionem operans, Ecce
beatus Paulus non dicit sufficere quam-
cunque

cũqꝫ fidem, ſed quæ operatur per charitatem.

Quarto arguunt Geñ. 15. Credidit Abraham Deo & reputatũ eſt illi ad iuſticiam. Reſpondet Beatus Iacobus ut dictum eſt, ex cap. 2. ubi dicit Abraham pater noſter nonne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper Altare? Vides quoniã fides cooperabatur operibus illius, & ex operibꝰ fides cõſummata eſt, Et ĩfra, uidetis quoniam ex operibꝰ iuſtificať homo, & nõ ex fide tantum.

Quinto obiiciunt. Dicit. Ioan. 5. Qui uerbum meum audit & credit ei, qui miſit me, habet uitam eternam. Reſpõdetur ſicut de tertio. Qui credit ſcz fide formata, Similiter reſpondeať ad illud Qui credit in me habet uitã eternam.

Sexto obiiciunt Matthei. 9. Creditis quia hoc poſſum facere uobis? ſcďm fidem ueſtrã, fiat uobis. Item fides tua te ſaluam fecit.

Reſpondetur ſimiliter, ut de tertio & quinto, Licet fides etiam informis poterat aliquid temporalis commodi im-

petrare, ſicut Romani uirtutibus impe=trarunt tantam dignitatem ſcd'm Au=guſtinum, ut magnæ parti orbis impe=rarent.

Septimo arguunt. Opera ſunt Hipo=critarum, quó ergo ad iuſtificationem poſſunt cóferre? Reſpondet' Calumni=ant' Heretici opera facere Hipocriſim. Nam ſi ita eſſet, cur tunc Chriſtus dixit. Sic luceat lux ueſtra coram hominib9, ut uideant opera ueſtra bona, & glori=ficent patrem ueſtrum qui eſt in cœlis?

Octauo arguunt. Charitas eſt fruct9 fidei, ergo ſola fides ſufficit. Reſ̃detur, Aſſumit falſum, Nam charitas eſt fru=ctus ſpiritus, ut ex beato Paulo allegatũ eſt, Non ergo fidei. Et ſimiliter fides eſt fructus ſpiritus. Nam Paulus dicit ad Gala. 5. Fruct9 aũt ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, pacientia etc. fides, mo=deſtia etc.

Nono inſtant, dicitur Mar. ulti. Qui crediderit & Baptiſat9 fuerit, ſalu9 erit. Ex his uerbis ſubinferunt aduerſarii, ꝙ neq; Baptiſmus ſaluet, ſed fides Baptiſ=mi. Reſpondet'. Hic ſalus promiſſa eſt,

credenti

30
266

credenti simul & baptisato, ita ut si quis baptiset, non autem credat, gratiam nō consequitur, Et ediuerso, si quis crediderit, recuset tamen Baptismū, non consequit gratiam, Ergo in tali baptisato etiam, non sola Fides, sed Fides cū Sacramento iustificat, Fides formata.

Pro cuius clariori intellectu notandū est, ut uidelicet agnoscam9, quam beatitudinem operibus bonis una cum fide mereamur, Qđ duplicem Christiani hominis beatitudinem sacræ ꝓdunt literæ. Primam qua inserimur & inautoramur Christo, dum uidelicet a regno satanico transferimur in regnū adoptionis filiorum Dei, Hec cum in baptismate, tum in pænitentia ꝑficit. Hanc totam gratiæ Dei ferim9 acceptam, nō nostris uiribus, non meritis, non operibus ipsis, alioquin gratia, ut inquit beatus Paulus ad Rom. 11. non esset gratia. Clementia eñ sua ac misericordia De9 preuenit nostram uoluntatem, ut uelimus bonum, cooperat q; ut ꝑficiamus, quod Deo autore fœliciter cæptum est, Non tamen hic excludo assensionem liberi arbitrii. Sed de hoc alias.

Alteram beatitudinem dicimus con-
sistere in æterna fœlicitate. Hanc inge-
miscimus,& expetimus. Hanc ut conse-
quamur, bonis operibus insudandum
est, Quãq̃ enim Christus Dñs ut dictum
est ianuam huius beatitudinis aperuit,
uoluit tamen & nos omnem operam
nauare in bonis operibꝰ,quibꝰ Fides ꝑ-
ficitur,si uolumus illam beatitudinem
consequi.

Ex his quæ dicta sunt,merito querit᷑.
Vtrum bona opera nostra quæ tempo-
ralia sunt mereant᷑ beatitudinem æter-
nam?

Et uidetur ꝙ sic, Nam. 2. Paralip. 15.
dicit᷑. Erit merces operi uestro, Et Mat-
thei. 5. Merces uestra copiosa est in cœ-
lis, Et Sapi. 10. Reddet Deus mercedem
laborum sanctorũ suorum. Ecce dicit
mercedem. Merces autem dicit respectũ
ad meritum, Ita ut meritum & merces
ad idem referant᷑. Id enim merces dicit᷑,
quod cuipiam pro precio operis sui uel
laboris, quasi quoddã pretium ipsius re
compensatur.

Item beatus Apostolus. 2. Corint. 4.
dicit. Quod in presenti est momentane
um

um & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum pondus gloriæ operatur in nobis. Non aũt aliter temporalia operanť eterna, nisi per modum meriti.

Qua de re, idem Apostol9.2. ad Thimo.4. asserit. Reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi Domin9 in illa die iustus iudex. Si reddet, ergo pro merito.

Ex his patere uidetur, Deum iuste remunerare. Hoc autem non fit, nisi secũdum æstimationem meritorum. Ergo uideť quod bonis operibus mereamur uitam eternam.

In oppositum aũt est illud Apostoli Gratia Dei uita eterna, ad Roma.6. Et ad Ephe.6. Gratia saluati estis p fidem. Et ad Rom.8. Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam etc.

Respondetur ad hanc Questionem. Quod si opera nostra considerenť, ut a nobis operata uirtute nostra naturali, quã a creatione nostra accepimus. Habemus enim libertatem operandi siue bona, siue mala, iuxta illud quod Psal.

 dicit,

dicit, Anima mea in manibus meis sem per. Hoc est, in potestate mea. Et hoc modo opera nostra non merenť uitam eternam, Nam ut dictum est, Gratia dei uita eterna. Et Gratia saluati estis etc.

At si considerenť opera nostra, ut nō modo sunt a nostra uirtute actiue, sed una cū uoluntate nostra gratia Dei cō currit, de qua. 1. Corint. 15. Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me uacua nō fuit, sed abundantiꝰ illis omnibꝰ laboraui, Non ego autem, sed gratia Dei mecum, Sic nihil prohibet quin mereanť, ex preallegatis scripturis. Merces uestra copiosa est in cœlis, & aliis in hanc sententiam inductis.

Sed adhuc restat dubium quō mereanť, utrum de condigno uel de cōgruo, Nam duplex est meritum, Condigni & Congrui, Meritum condigni super rationem meriti, addit premium reddendi scd̄m iustitiam, seu secūdū debitum iustitiæ, ut sit equalitas premii ad meritum.

Respondeť ergo, ꝙ opus nostrū considerando scd̄m suam bonitatem, circū

scripta

ſcripta gratia, non meret̃ beatitudinẽ, nec de congruo, nec de condigno. Nam Deus ſtatuit nullum glorificare in patria, niſi pri9 hic gratiam conſequatur. Nec premiare ullum opus niſi gratia ſit eius principium, unde oportet paruulos baptiſari, qui nullum admiſerũt peccatũ, ut gratiam recipiant, & ſic ſaluentur, Ideo beatus Apoſtolus. 1. Cori. 13. dicit. Si linguis hominũ loquar etc. & ſi tradidero corp9 meum ita ut ardeam, charitatem aũt (quæ eſt gratia) non habeam, nihil mihi prodeſt ſcz ad uitã eternam. Tale tamen opus de congruo meretur aliquod bonum ſpirituale uel temporale. Patet, Nam apd̃ largisſimũ retributorem nullũ bonum manet irremuneratum.

Multa enim bona dant̃ peccatorib9, non ex debito iuſtitiæ, propter nõnulla precedentia opera, quib9 nõ precedentibus illa bona minime darentur, quapropter illorum bonorum datorum, opera precedentia ſunt merita, de Congruo, non de Condigno, Nam de condigno huiuſmodi opera, non mõ eternam uitam non merentur, ſed ne bonũ

quidem

quidem temporale, De congruo autem merentur. Quapropter multa bona tē- poralia concessa legimus infidelibus etiam & Idolatris, propter nonnulla il- lorum bona opera, quēadmodum pa- tet de Achab impio Rege Israel. 3. Reg. 21. Vbi dicit Dñs ad Prophetam. Non- ne uidisti Achab humiliatū coram me? quia igit͛ humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Ita & de Rege Nabuchodonosor idolatra a- pud Danielem similia reperiuntur. Identidem & de Romanis Idolatris, q- bus ut dictum est scd͛m Aug. ob precla- ras eorum uirtutes, multa prospera col- lata sunt.

At considerando dignitatem operis meritorii ex gratia coefficiente cum li- bero arbitrio, & ex spiritusancto mouē- te, & ex diuina promissione, opera hu- iusmodi sunt meritoria premii æterni de condigno. Patet hoc per autoritates in principio positas, quæ dicunt beati- tudinem esse mercedem nostrorū ope- rum, opera ergo nostra sunt merita. Ideo. 2. Timo. 4. Beat9 Apostolus iam allegat9 est, qui dicit, Reposita est mihi

corona

corona iustitiæ,quã reddet mihi Dñs etc. Quod aũt reddit̃ scd̃m iustum iuditium,uidet̃ esse merces condigna. Est enim eq̃litas ex mouente,quod est spiritussanct9,qui per gratiam mouet uoluntatem, Hic aũt est bonum infinitũ ratione cuius, opus meritorium equat̃ premio, scz Deo. Est quoq; equalitas ex parte gratiæ & hoc in uirtute,licet non actu, Per gratiam enim fit opus uelut deiforme, Nam per gratiam ipsam adoptamur in filium,cui debet̃ hereditas ex ipso iure adoptionis, iuxta beatum Paulum ad Roma. 8. dicentem. Si filii & heredes. Heredes quidem Dei,coheredes autẽ Christi. Est insuper ibi iustitia in reddendo, ex parte Dei promittentis, Iustũ enim est,ut seruet̃ promissum. Hec aũt iustitia est,ex liberalissima Dei promissione qui uolens se debitorem constituit.

Ex his omnib9 facile patet,equum & iustum esse,ut Dñs Deus operariis suis hic in terris, in uinea Domini,prebeat denarium salutis eternæ, ex prescripto benignissimæ, maximeq; misericordis & propitiæ iustitiæ suæ,quando promi-

sit

sit se nobis uitam daturum immorta-
lem, si custodierimus precepta sua, ubi
licebit cernere, quó ille beatitudiné det
nobis, & ex gratia & operibus, Ex iusti-
tia & misericordia sua quidem, nó ope-
ribus in se, quū iuxta sententiam beati
Pauli ad Roma. 8. non sint condigne
passiones huius temporis ad futuram
gloriam quæ reuelabit in nobis. Verū
gratia Dei ea est, quæ opera nostra, quū
per se nihil sint, facit ita accepta Deo,
ut ea uelit uita remunerare eterna, illaq;
gratia est ex qua saluamur.

Hinc falsitas patet Hereticorum hui9
temporis, qui ipio dogmate opera no-
stra omnino reiiciunt, & tanq̃ Diaboli
Apostoli, homines ab operibus bonis
auocare conant, malisq; astringere. Vn
de fit, ut nusq̃ inuenias minus diuini
cultus, minus cæremoniarū, minus ie-
iuniorū, orationumq;, quam apd istos.
Omnia hec apd eos defecerunt, sed lu-
sus, uoracitas, temulentia, perpetua cō-
uiuia, blasphemiæ, mendatia, astus, doli
& fraudes, rapinæ, usuræ, impudicicia,
adulteria, sacrilegia, superbia, detractio-
nes,

nes, & id genus mala innumera in summo precio habentur.

Veri aũt & Catholicæ fidei Christiani, nouerũt ꝙ Paterfamilias operarios conducat in uineam suam, non ociosos & torpentes, cuiusmodi sunt isti aduersarii nostri. Mittit in uineam, non ut ibi stent ociosi, sed ut laborent, & inde denarium diurnum, qui est gloria eterna, tandem reportent. Non ignorãt catholici quod ad Hebre. 6. beatꝰ Apostolus inquit, Non iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis uestri & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius.

Ex his uerbis gaudete quotquot estis Catholici & Christiani homines, non uult enim obliuisci Dñs operum bonorum uestrorum. En eius rei sponsorem & uadem uobis Paulum. Quid igit᷑ queso nonnulli dicunt, ꝙ ieiuniis & aliis bonis operibus non meremur uitam eternam, sed duntaxat bonum temporale Exemplo Niniuitarũ, qui ieiuniis & ceteris bonis meruerunt liberationẽ a malo imminenti.

Respondetur ut prius, ꝙ ieiuniis meremur

remur uitam eternam. Patet ex Matth. 6. uti iam dictum est, ubi dicitur. Et Pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi.

Identidem per Elemosinam meremur uitam eternam, ut dicit Apostolus Paul9 ad Hebre. 13. Beneficentiæ & hospitalitatis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur Deus. Nota. promeretur. Similiter aliis bonis operib9 meremur uitam eternam, sed hoc meritũ ut diximus ex maxima Dei misericordia prouenit, & ex promissione illa sua benignissima, qui opera nostra & operat9 est ipse, & tam misericorditer suscipere dignatur, ut etiam haustum aquæ frigide irremuneratũ nolit abire Matthei. 10.

Et quis ex mera gratia & misericordia fœlicitas illa nobis tribuatur, tamé Paulus quoq; iusticiam uocat, sibi repositam inquiens esse coronam iustitiæ 2. Timo, 4.

Obiiciunt aũt aduersarii dicentes. Si bona opera dant uitam eternam, ergo excludemus Christum? Respondetur. Bona opera nostra non excludũt Christum,

ſtum, immo magis includunt, quia per ipſum ipſa in nobis fiunt, Dicit enim. Sine me nihil poteſtis facere. Alioquin, ſimiliter arguerem. Si ſola fides ſaluat, ergo excludes Chriſtum? Quemadmodum ergo fides per quam itur ad Deū non excludit Chriſtum medium. Ita nec opera bona, utraqꝫ em̄ ſunt donum Dei.

Tertius Articulus / opera bona in nobis non eſſe peccata.

CIrca bonorum operum materiam aduerſarii ueritatis temporibus noſtris, Aliam diſſeminant & euomūt impiam aſſertionē Dicentes. Omnia opera noſtra quantumuis recta & bona, eſſe peccata, & optimum quodqꝫ opus humanum, quan-

tumlibet recte factum ; esse peccatum;
Et allegant pro se nonnullas scripturas
sed perperam intellectas, quas postea in
medium producemus, & dissoluemus.

Sed primo ostendendum nobis est;
bona opera humana non esse peccata,
cui9 oppositū dicit & Lutherus in suo
Opusculo de libertate Christiana.

Sit ergo prima probatio ista. Peccatum fit, aut quando committitur quod Deus uetat, aut quando omittit quod Deus precepit, in hoc enim ratio peccati consistit. Sed uir bonus, si facit aliqd opus a Deo preceptum, puta, ut si honoret Parentes aut eroget pauperibus Elemosinam, scd'm debitas circūstancias, loci, temporis, & bona intentione; talis non committit id qd Deus prohibuit, neq; id omisit quod Deus precepit, immo id fecit quod Deus fieri precepit, ergo id qd fecit talis uir bonus, non commisit peccatum.

Secunda probatio. De9 sua precepta custodiri iussit. Si ergo adimpletio preceptorum Dei facit peccare hominem,

ut

ut aduersarii dicunt, ergo Deus precepit peccata, quæ tamen tanto odio prosequitur.

Tertia probatio, Et in Veteri & in Nouo Testamento legit, Deus multa beneficia impendisse ob orationes & pia opera sanctorum tunc adhuc uiuentium. Si igitur opera pia illa erant peccata, ergo sequitur, Deum propter peccata hominum impendisse aliis multa beneficia, quæ tamen potius graui pæna essent plectenda. Vide quantæ ineptiæ sequantur.

Quarta probatio. Deus bonorũ operum nostrorũ precipuus est autor, iuxta illud, Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Et. 1. Corint. 15. Non autem ego, sed gratia Dei mecum. s. perfecit laborem in predicatione Euangelii. Et Isa. 26. Omnia opera nostra operatus es nobis. Cum ergo secundum aduersarios opera nostra bona sunt peccata, mox sequitur quod Deus sit author malorum. Vbi ergo habebit locum illud Psalmi, Non Deus uolens iniquitatem tu es?

Quinta probatio. Deus pro bonis operibus pollicitus est homini ex sua be-

nignitate uitam eternam, Matth. 5. Gau dete & exultate, ecce em̃ merces ueſtra copioſa eſt in cœlis, Et in multis aliis locis, preſertim Matth. 5. & Luc. 6. exp̃ſſis. Huiuſmodi aũt opera bona, q̃ntumlibet recte confecta, ſunt peccata ſcd'm aduerſarios, Deus igit' pro peccatis noſtris, daturus eſt nobis coronam eternæ gloriæ, qui tamen mortem ꝑpetuam ꝓ illis minatus eſt. Sed dimittamus has nugas & Blaſphemias, & obiectiones Hereticorum ſoluamus.

Obiiciunt aduerſarii nonnullas ſcripturas, quibus nitunt' probare, opera bona etiam optime facta eſſe peccata.

Primo illud Iſa. 64. Quaſi pannus menſtruate uniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.

Secundo illud Pſalmi. Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Tertio. Luc. 17. Cũ feceritis omnia quæ precepta ſunt uobis, dicite, ſerui inutiles ſumus, qd' debuimus facere fecimus. Quarto illud Salomonis. 3. Reg. 8. Nõ eſt homo qui non peccet, Quinto illud Apoſtoli, Spiritus concupiſcit aduerſus carnem, Et conſimiles ſententias, id ſonantes.

nantes, ut dicunt aduersarii, omnia opera nostra esse peccata.

Ad hec omnia primo in generali respondetur, q̄ hec omnia scripturæ testimonia eo tendunt, q̄ in operibus nostris bonis, nō est usq̄quaq̄ ea perfectio, quæ deceat ex equo celsitudinem diuinæ maiestatis, sed ex fragilitate nostra, semper aliquid imperfectum est illis admixtum. Illud tamen nequaq̄ dici debet peccatum, aut malū, quoniam suppletur a Deo pro sua benignitate, qui adiuuat infirmitatē nostram, nostrosq̄ supplet defect9, Ad id ergo tendunt hec scripturæ testimonia, quod omnis nostra iusticia, ad Dei iustitiam, quæ summa est, collata, quodammodo iniustitia est, propter improportionalem ab ea distantiam. Non tamen idcirco simpliciter est iniusticia, & non facta ad illam diuinam collatione.

Exemplum, quemadmodum tenue lumen Lucernæ si ad lucidum solis iubar comparat̃, tenebræ quodammodo sunt. Non tamen ideo absolutæ dicen de tenebræ hoc paruum lumen.

Secundo in speciali potest respõderi, ad illud Isaie. Quasi pannus menstruatæ uniuersæ iustitiæ nostræ. Respondet primo, ut respondet Hieronym9, q͏̄ hoc dictum est tempore Veteris Legis, cui9 iustitia, ad comparationem Euangelicæ puritatis uocatur immundicia, Non loquitur ergo hic de iustitia Christianorum. Secundo dicit, q͏̄ ea dixit Propheta in persona populi grauiter peccantis. Vnde ibi dicit, Non est qui inuocet nomen Domini, qui consurgat & teneat te. Non q͏̄ Isaias non inuocauerit nomen Domini, sed de populo in genere hoc dixit, Et quãq̃ seipsum quoq; eis annumerat, non tamen inde consequitur, q͏̄ habeat sceleratus. Nam idem facit Hieremias cæteriq; Prophetæ. Vnde Hieremias licet in utero matris sanctificatus, cap. 3. dicit. Dormiemus in confusione nostra etc. quoniam Dño Deo nostro peccauim9, nos & patres nostri ab adolescentia nostra usq; ad hãc diem Omnia hec ergo in p̃sona populi peccantis loquuta sunt.

Ad illud Psalmi, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, Respõdetur,

detur,Concedimus neminem ſic uiue-
re,ut omnino omni peccato careat,ſed
tamen non ſequitꝫ ꝙ in omni opere ho
mo peccet,Nã inter hec magna eſt dif-
ferentia,Hec ergo ſcriptura,intelligitur
de omni uiuente non de opere.

Similiter ad illud Salomonis, Non
eſt homo qui non peccet. Reſpondetur
ut ad precedens & ſimiliter ad inductũ
ex Luca,17. Ad illud Apoſtoli, Spiritus
concupiſcit aduerſus carnem, etiam in
iuſto, ergo talis eſt ſeruus peccati, ergo
talis in omni opere,etiam optimo pec-
cat. Reſpondetur,Hoc dicit Apoſtolus,
propter fomitem,quem nullo modo a-
biicere poſſumꝰ,Sed hoc non eſt ſcd̃m
ueram rationem ſeruire peccato, Imo
ad Roma.6. Prohibet idem Apoſtolus
ne ſeruiamus peccato, Fomes eñ nõ
eſt uere peccatum. Baptizetur
Infans, habet fomitem et ta-
men caret peccato,Similiter
ſi adultus Baptizetur

Abeant ergo hec delira-
menta,quibus aduerſarii utuntur, aſſe-

 rentes

rentes opera bona esse peccata.

Sed hic non immerito possunt moueri duæ Questiones.

Prima Questio. Vtrum quis possit gaudere de operibus suis bonis? uidetur q non. Nam hoc uidetur ad uanam pertinere gloriam. In oppositum, uidetur q possit. Ex illo dicto Isaie. Letare sterilis etc, Et ex Psalmo, Exultent & letentur, qui uolunt iustitiam meam.

Respondetur per duas Propositiões. Prima. Merito potest homo in operib9 suis bonis gaudere, dummodo in timore Dei fiat. Patet, Naturale em̃ est, & quéadmodũ in malo opere est unde tristãdum sit, ita in bono opere unde gaudédum, Quod si homo naturæ instinctu de bono alterius letatur, cur non de suo quoq;? Et hoc est quod dicit Isaie. 74. & ad Gala. 4. Letare sterilis quæ nõ paris etc, quia multi filii deserte, magis quam ei9 quæ habet uirum, Et id quod ex Psalmo allegatum est.

Secunda Propositio. Secure gaudendum est de bono opere suo, qui in Domino gaudet, ipsi attribuédo quicquid boni

boni est in opere,& quicquid imperfe ctionis,operanti. Dei enim adiutores & cooperatores sumus.

Quis nō gauderet de inuentione thesauri? Et quis maior thesaurus,q̄ bonorum operum? Omnia tamen in timore Dñi fiant,ne elatio, aut uana gloria emergat. Gaudendū est quia Dominus per nos bona operat᷑, tristandum quia ex nobis imperfectio.

Secunda Questio. Vtrū homo possit pro se allegare iustitiam,& cōmemorare seu recolere bona opera sua in conspectu Dei?

Videtur ꝙ non, Per illud Isaie iam inductum, Omnes iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ,Et sic indigne sunt quæ Dño presentent᷑ iusticiæ ille. Item, quia nescit᷑ an a charitate sint elicita. Item,quia propter huiusmodi allegationem iustitiæ sue, Phariseus reprobatꝰ est,Luc.18,

In oppositum. Isa.38. Ezechias Rex allegauit coram Domino iustitiam suam dicens. Memento queso Domine quō ambulauerim coram te in ueritate & corde perfecto,& qđ bonū est in ocu

 lis

lis tuis fecerim etc. Et tamen in hoc Ezechias non peccauit, immo exauditus est.

Respondetur. Dupliciter potest quis orando bona sua recolere, uno modo ex iactantia & presumptione, dum quis presumit aliquod bonum se fecisse, propter quod Deus ei teneatur ad aliquam remunerationem, Et hoc peccatum est, Dicit͛ em̃ Luc. 17. Cum feceritis omnia quæ precepta sunt uobis, Dicite, Serui inutiles sumus etc.

Similiter si presumat ex operib9 suis iustificari, & dignus esse uita eterna. Quod etiam graue peccatum est, Nam ad Titũ. 3. dicit Apostolus. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secũdum suam misericordiam saluos nos fecit. Et ad Roma. 8. Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam etc. Isto modo Phariseus orabat, presumens se ex operibus suis bonis iustificari.

Secundo modo, potest quis ea recolere, ad gratiarũactiones, recognoscens ea ex Deo & non ex se processisse, ut sic gratus, maiorem gratiam impetret. Isto modo

modo poteſt. Nam iſto modo Ezechias ea recoluit, in oratione dicens, Memento queſo Dñe, quō ambulauerim corā te, q̄ſi dicat, Fæci Dñe in conſpectu tuo bonum, precor ne illđ per mortem temporalem diſcontinues, ſed illud magis augeas, Senſus eſt igitur. Memento quō ambulauerim coram te in corde perfecto non ſimpliciter & abſolute, ſed ſecundum modum ac poſſibilitatem fragilitatis humanæ. Iuxta quem modum Chriſtus Dñs ait Matth. 5. Eſtote perfecti ſicut & pater ueſter cœleſtis perfect⁹ eſt, Et Moiſes, Deu. 18. Perfectus & abſq; macula eris coram Dño Deo tuo. Apoſtolus autem ad Philip. 3. loquit̃ de perfecto ſimpliciter ſeu excellenter cū ait. Non ꝙ iam apprehenderim aut perfectus ſim. Cum uero ibidem ait. Quicūq; perfecti ſum⁹ hoc ſenciamus etc. loquit̃ de perfecto, ſicut nūc loquit̃ Ezechias.

Sed adhuc reſtat dubium, quãuis em̄ Ezechias tantæ perfectionis fuerit, quō uere coram Dño dicere poterat ambulaſſe ſe in uia, in ueritate & corde perfecto, ac placita Deo feciſſe, cum Eccleſiaſtes

astes ca.9.dicat. Sunt iusti, & opera eorum in manu Dei sunt,& tamen nescit homo, Vtrum amore an odio dignus sit,Et Ecclesi.7.Non te iustifices añ Deũ Iob quoq; protestaĉ ca.9.Si simplex fuero,hoc ipsum ignorabit anima mea.

Respondeĉ,ꝙ uiri sancti quibus secũdum Apostolum ad Roma.8.ipse spiritus testimonium perhibuit ꝙ filii Dei essent,frequenter suas coram Domino uirtutes professi sunt, ex inspiratione diuina, atq; ex pia humiliq; fidutia,sicut Apostolus.2. Timot.4.Bonum inquit certamen certaui,cursum consummaui,de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. De speciali em̃ gratia interdum certiores redduntĉ homines uirtuosi se esse in gratia Dei,q̃uis de Lege cõmuni nemo certo sciat an sit in charitate Dei. Inde est ut periculosum sit talia opera sua bona coram Dño allegare, Nam fragilitas nostra ad uanitatem ꝓna est, nisi tentatio desperationis urgeat,ut in morte fieri solet, ut diceret tũc cum Psal.Feci iuditium & iustitiam,nõ tradas me calumniantibus me.

Quartus

Quartus Articulus de tribus partibus penitentie. Contritione / Confessione / Satisfactione.

Enitentiā rem omniū saluberrimam fore, illud indicat & probat, quod fidei nostræ Catholicæ añsignani, qualis erat Iohannes Baptista & Apostoli, & ipse quoq; Legifer Christus, sermones suos ad populum, non nisi a Pænitentia auspicati sunt. Iohannes Baptista Matth. 3. Venit predicans in deserto Iudeæ dicens. Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.

Et amabilis Dñs noster Iesus Christ9

fons & author salutis nostræ, a Pænitẽtia predicationem suam incepit Matth. 4. Exinde cæpit Iesus predicare & dicere, Pænitentiam agite, appropinquabit eñ regnum cœlorum, Quasi dicat, hoc initium salutis uestræ, hoc facite & uiuetis.

Et ut perpetuo sibi constaret spiritus sanctus in prima contione ad populũ habita, Sanctus Petrus. Iudeis sciscitantibus, quid facere deberent, Respondit Acto. 2. Pænitent [illegible] unusquisqꝫ uestru [illegible] Christi in remiss [illegible] accipietis donun [illegible]

Quibus omnib [illegible] nitentiam, maxi [illegible] Christianæ fund [illegible] Satan, Hereticos [illegible] citauit, qui circa omnes tres Pænitẽtiæ partes, multos & ingentes sparserunt errores in populo. Ad quos confutandos primo de prima parte Penitentiæ. scz de Contritione disseramus.

De Contritione.

Heretici

Heretici, impugnando ueritatem cũ confidentia clamoris, contendunt contritionem solo amore concipi. Si quis aũt eam parare uelit, recogitando omnes annos in amaritudine animæ suæ, & expendendo peccatorũ suorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, statuendo ante oculos acerbitaté æternæ damnationis, & amissioné æternæ beatitudinis, hanc contritionem, asserunt facere Hipocritam, ac magis peccatoré, & contritionem penitentiamq; non nisi amore concipi, Dicũtq; Christũ Dominum nũq̃ peccatores coegisse timore ad penitentiam, sed amore semper.

Contra nos cum sacris literis & Ecclesia, ac sanctis Patribus tutabimur & probabim9 contritionem, penitentiam interiorem, seu compunctionem ut sepe Chrisostomus eam uocat, timore concipi, non modo filiali, sed etiam timore pænarum, timore seruili. Timor aũt Seruilis est, cum per timorem Gehenne continet se homo a peccato, & timore eius facit quicquid boni facit, Dicimus igitur, quod uulgatissima est illa

Auguſtini ſententia. Penitentia timore concipitur. Parať ergo apud Catholicos contrio hoc modo.

Peccator, peccatorũ nexibus implicitus, diſcutit, colligit, deteſtatur peccata ſua, recogitando omnes annos ſuos, cũ Rege Ezechia, Iſa. 38. in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorũ grauitatem, damnum, fœditatem, multitudinem, deinde iram Dei quam ſuſcitauit contra ſe, amiſsionem æternæ beatitudinis, ac æterne damnationis acqſitionem, & alia quæ poſſunt triſtitiam & dolorem excitare, ac odium peccatorum acuere.

Hec autẽ contritio imperfecta eſt & ſeruilis adhud in tenebris ambulans, Mox autem diuinæ gratiæ lumen, radii ſui ſplendorem immittit, quo talis adhuc altius euehať, non modo timore pæne, ſed & amore iuſtitiæ peccata odio habens. Sic, ut primo ſit peccator, deinde ſeruus fiat Dei, timore pæne. Mox & amic9 Dei, qui zelo iuſtitiæ ſuccenſus ſummam diligat bonitatem & maieſtate Dei.

Hec eſt uera Contritio. Sic ordinata ſunt

ſunt Spiritusſancti opera, ut a fece pec-catorũ, & ſeruitute Diaboli, homo pæ-nitens euehat ad amoré uirtutũ & Dei amiciciam per medium timoris ſerui-lis.

Hec Contritio cuiq; fideli neceſſaria eſt, Dicit eñ Dñs per Iohe. ca. 2. Scindi-te corda ueſtra & nõ ueſtimenta ueſtra. Contritio aũt ſcindit cor, qñ ipſum te-rit diſplicentia anteactæ malæ uitæ.

Vocatur aũt Contritio, qm̃ per eam uetus & carnalis homo cõminuitur, & quaſi in puluerem conterit, ut Iſa. 30. dicitur. Et cõminuet, queadmodum cõ-teritur lagena Figuli contritione preua lida. Et non inueniet de fracturis eius teſta, in qua portet igniculus de incen-dio, aut hauriat parum aquæ de fouea. Sic debet eſſe Contritio Veteris cordis, ut Diabolus in eo nõ inueniat, ubi po-nat igniculum praui deſiderii, aut aquæ carnalis uoluptatis.

Eſt ergo ipſa Contritio pænitentia interior, pænitentia cordis, unde impri-mis Deus optat ab homine ſibi offerri cor uoluntatis, ſicut per ſapientem Pro

uerb.23.dicit. Prebe fili mi cor tuum mihi. Per Contritionem aũt cor offert homo Dño Deo per conuersionem, ad quam nos hortat̃ per Zachariam ca.1. Cõuertimini ad me in toto corde ur̃o. .s.p cõtritioné, & ego conuertar̃ ad uos scz per gratiam. Tam grata & accepta est deo conuersio peccatoris per pæni-tentiam interiorem.

Sed iam ꝓbem⁹ pænitentiam timo-re concipi & recte contritioné inchoa-ri recogitatióe pæne æternæ, ac beatitu-dinis, qđ tanta temeritate negat Luther & sequaces eius,

Primo ꝑ illđ Luc.15.de filio ꝓdigo, qui cógregatis oĩbus peregre profectus est in regionem longinquá, & ibi dissi-pauit omnem substantiam suam, Et fa-cta fame cupiebat implere uentrem suũ de siliquis quas Porci comedebãt & ne-mo illi dabat. In se autem reuers⁹ dixit. Quãti mercénarii in domo patris mei abundant panib⁹, ego aũt hic fame pe-reo, Surgam & ibo ad patrem meũ etc. Omniũ Catholicorũ iuditio filius hic Prodigus tipum gerit pænitẽtis, in quo mox dilucidũ est, pæñiam a timore pæ-

næ.

næ,& amore premii initium sumere,qđ patet.

Nam cũ dicit in se aũt reuersus inqt. Quãti mercenarii in domo patris mei abundant panib9.Hic ponit premia domus paternæ,Ego autẽ hic fame pereo, ecce timorem pænæ. Surgam & ibo ad patrem meum, Verba sunt inquit Augustinus pæñiam meditantis.Et sic meruit p ista uenire ad amorem filialem, quia cum adhuc longe esset, uidit illũ pater ipsius, & misericordia motus est, occurrens cecidit super collum eius,& osculat9 est eũ. Ita Deus per gratiã suã præuenit, timorem castũ & filialem ac charitatẽ ei offerendo, quẽ uiderit etiam timore pænæ ad se p misericordia & remissione culpæ ire.

Ecce in hoc Adolescente Contritio & pæñia a timore seruili incepit. Si autẽ dicat aduersarius, hunc adolescentem incepisse pæñiam ab amore iustitiæ.falsum est, cum in se reuers9 fuerit ex inopia & indigentia pænali, dum neminẽ haberet qui siliquis eũ saciaret,Et ita fame adactus,conuers9 est primo ad seipsum,& postea ad patrem.

Et ꝙ non ab amore inceperit, constat ex uerbis Christi inducentis uerba Prodigi, quõ apud se deliberabat dicens. Surgam & ibo ad patrem & dicam illi, Pater peccaui in cœlũ & coram te, iam non sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unum ex mercenariis tuis.

Hic apparet ꝙ non amore iustitiæ in se cõuertebat᷑, qui adhuc remotus a filiali dilectiõe postulabat fieri mercennarius. Ideo Augustinus de questionibus Euangeliorum negat eum adhuc fuisse pænitentem, dicens. Verba sunt pænitentiam meditantis ĩ confessioné peccati, nondum tamen agentis. Nec ualet euasio aduersarii, ꝙ nondum egerit ad extra pæñiam, quoniá. S. Aug. loq᷑ de actu interiori mentis, ubi meditabatur pæñiam, nondũ agebat. Et ita habetur intentum ꝙ scz pæñia a timore incipiat.

2 Secũdo idem ꝓbat᷑ ꝙ scz pæñia & cõtritio a timore inchoet᷑, Nam precursor Dñi Iohannes timorem ingessit Iudeis cum eos ad pæñiam hortabat᷑, Matth. cã.3. dicit᷑, Videns auté multos Phari-

zeorum

zeorum & Saduceorum uenientes ad Baptiſmū ſuū dixit eis. Progenies Viperarum, quis demonſtrabit uobis fugere a uentura ira? facite ergo fructum dignum pœñie. Ecce timorem ingesſit, deinde ad pœnitentiam hortatur.

Et ita Catholici uerbum Dei ſeminātes, ſecuti Chriſtum Dñm. ſecuti Iohannem docuerunt & docent populum ꝓ paranda pœnitentia & cōtritione, recogitare grauitatem peccatorū, acerbitatē æterni ſupplicij, beatitudinem & premium regni cœleſtis, Et rationabiliter quidem, Nam teſte diuo Dioniſio, ſic Deus res adminiſtrat ut ima ad ſuperiora ꝑ media ducat, Quare cum peccator ſit in imo, nec dignus Pane quo ueſcit, uolēs aſcendere ad ſuperiora gratiæ, hoc faciet per medium timoris.

Contra doctrinam Beati Iohannis nunc allegatā, quū aduerſarii nil habeant quod dicant, aiūt ꝙ aliud ſit predicare, aliud incipere pœñiam. Reſpondetur, Hoc ridiculū eſt, Nam ſi Iohannes docuit initium pœñie eſſe timorem, & ſciuit initiū pœñiæ non a timore inchoari, ergo docuit aliquid qđ non ſit ue-

rum, quod est blasphemum dicere contra eum quo inter natos mulierum nõ surrexit maior.

Tertio idem ꝓbať ꝙ scz Pæñia a timore inchoetur, per illud Exodi. 19. de datione Preceptorum, ubi diciť. Iamq; aduenerat dies tertius, & mane inclaruerat, ecce ceperunt audiri Tonitrua, ac micare Fulgura, & Nubes densissima operire montem, clangorq; Buccinæ uehementius perstrepebat. Et timuit populus, qui erat in Castris etc. Totus mõs Sinay fumabat, eo ꝙ descendisset dñs Deus super eũ in igne. Eratq; mons terribilis. Sequiť. Steterunt ꝓcul dicentes Mosi, Loquere tu nobis & audiem9, nõ loquať nobis Dñs, ne forte moriamur. Et ait Moises ad populũ, Nolite timere, ut em̃ probaret uos uenit Deus, & ut terror illius esset in uobis & non peccaretis.

Quid apertius his uerbis, Deus uult populum timorem habere, Heretici aduersanť, nolunt populum timere Deũ. Immo uitio dant Predicatorib9 ꝙ minis pænarũ terreant populum, ut sic ad ueram Dei charitatem perueniat.

Quarto

Quarto pbat̃ idem, per illud Psalmi. 78. Si aũt dereliquerint filii eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint, Si iusticias meas prophanauerit, & mandata mea non custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorũ. Ecce quomodo apertius Propheta, timore pænarũ uelle eos abstinere a peccatis potuisset significasse?

Et iterum idem. Lauabo per singulas noctes lectũ meum, lachrimis meis stratum meum rigabo. Et Iob. 10. Dimitte me ut plangam paululum dolorem meum, anteq̃ uadam etc.

Pleni sunt Libri huiusmodi scripturis, qui a timore inchoari pænitentiam clare ostendunt.

Nos igit̃ dicimus cum Catholicis timorem etiam seruilem esse bonum, licet non sufficientem, hoc est, Pænitentia quæ agit̃ ex timore pæne, & ex discussione peccatorum, bona est, sed non sufficiens ad obtinendam eternam beatitudinem, nisi assit pænitentia quæ ex amore iustitiæ agat̃. Non ergo assenciendũ est Hereticis, dicentibus pæñiam ex timore facere Hipocritã.

Probemus id quoqz ex
sacris priscis Doctoribus.

Augustinus in Cōmentariis Psalmidicis, & repetit Petrus Longobard9, dicit sic. Timor seruilis est, cū per timorē Gehennæ continet se homo a peccato, quo presentiā Iudicis & pænas meruit, & timore facit quicquid boni facit, nō timore amittendi æternū bonū, quod non amat, sed timore paciendi malum quod formidat. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi, sed timet ne mittat in Gehennam. Bonus est iste timor & utilis, licet insufficiens, per quē paulatim fit consuetudo iustitiæ.

Ecce Beat9 Augu. laudat hunc timorem. Et quod iste timor sit initium sapientiæ patet ex eodem Aug. Tracta, 2. super Epistola Iohannis, ubi dicit. Ergo incipiat timor, quia initium sapientiæ timor Domini, cum autē cæperit charitas habitare, pellit timor, qui ei locum preparauit.

Idem dicit Chrisosto. Home. 80. De Pænitentia ad populū, pænitentem nō oportet irasci, nec efferari, sed conteri q̈

si

si damnatum, q̃si non habentem fiduciam, quasi addictũ, ut ex misericordia sola saluari debentem, Et infra, præueniens Deus in nos beneficia confert, & rursum preuaricatos, uenia dignos efficit, & pænas statim non infert, ut per omnia nos trahat ad pæñiam, Et quæ benefacit, & in eo ꝙ longanimiter sustinet, frequẽter autem, & per quæ quosdã castigat, & illorum timore correctis, pænæ fugiant periculum.

Ecce Chrisosto. dicit, aliquos timore pænarum correctos, pænarum fugere periculum.

Longum esset Doctorum sanctorum scripturas recensere quæ cũ his concordant. Vide si placet beatũ Ambrosi. in Epistola ad Siagrium, ubi dicit pæñiã precedere gratiam, Et lib. 2. de uocatiõe gentiũ, ubi timorem seruilem pænarũ preparatorium gratiæ ponit, uide beatum Basilium sup Psalm. 32. Et beatum Hiero. sup Malach. ubi dicit, Omnipotens Deus, a seruo timorem expetit, principium em̃ sapientiæ timor Domini, ut de timore seruorum ad filiorum gloriam transeamus, hec ille. Vide & bea-

tum Greg. sup Iob. 29. Bernhar. Ser. 16. super Canticis.

Iam obiectiones Hereticorum dissoluuntur.

Aduersarii obiiciunt contra predicta sic, Impossibile est pænitere añ dilectionem Legis, quia lege in memoriam reuocata, si desit gratia, mox sequit Augmentũ peccati iuxta Paulum ad Rom. 7. Lex intrauit ut abundaret delictum. Ergo sine gratia nil ualet pænitentia.

Respondet, Hic nihil ad ꝓpositum, longe em̃ diuersissima intentione Paulus dixit Legem subintrasse ut abundaret delictum, quam quod huc torquent aduersarii, & uim faciũt literis sacris. Nam beat9 Paulus his uerbis aperit pauptaté Mosaice Legis, cõparando ad diuitias gratiæ Christi. Lex em̃ p seruũ data est, per Moisen, nimirum quod reos fecit, cum Euangelium p filium datum sit, quod filialem operat gratiam & dilectionem, ut dicit Iohan. 1. Lex per Moisen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum.

Sic tractant Heretici sacras Scripturas

ras. Hoc est, torquent, rumpũt lacerant.

Secundo instant, diceñ, Quõ talis timor seruilis initiat pæñiam, cum talis ante charitatem sit infructuos⁹? Si quis eñ charitatem non habuerit, fact⁹ est sicut æs sonans etc. 1. Corin. 13. Ergo pænitentia non incipit a timore.

Respondet, quis negat? Fatentur eñ Catholici id quod dicit beat⁹ Paulus, Fatent pæñiam nõ esse perfectã, nisi aduenerit charitas & timor filialis, fatent, q si quis uellet stare in timore seruili duntaxat, sicut Iudas, talis ueram pænitentiam nũq̃ adipisceret, sed p hoc non improbãt Heretici, quin timor sit initiũ pænitentiæ, quin per timorem paretur & acquiratur pænitentia.

Dicunt Heretici. Impossibile est pænitere ante dilectionem, Respondetur, fatemur q perfecta pæñia habet pro termino charitatem & dilectionẽ, quia p pæñiam homo iustificatur. iustificatio non fit sine gratia, sed ꝓbet Hereticus, quod ob hoc pæñia non possit incipere ante dilectionem.

Tertio arguũt, dicit Hiere. 7. Percussisti eos & non doluerunt, q̃re hoc? nisi quia

quia nihil ꝓficiẗ, nisi gratia coopercttur, nihil ꝓfecit Deꝰ in ꝑcuciendo, Ergo ti-mor ad pæñiam necessarius est quidem sed filialis, quia sine amore impossibile est ferre conuersionem sui, in qua terreẗ conteriẗ & humiliaẗ peccator, iuxta il-lud. 1. Reg. 2. Dñs deducit ad inferos, & reducit.

Respondeẗ. Nihil contra nos, Conce dimus eñ quod timor non ꝓficit, nisi accedat charitas expellens timorem, sed per hoc non improbaẗ timorem non ꝑcedere charitatem, Fatentur ergo om-nes Catholici, pænitentem incipere a ti more, sed non debet ꝑseuerare in timo-re, quia timor debet esse medium, non extremũ, uia, non terminꝰ, alioquin ha-bebit timorem Iudæ.

Quarto arguũt. Christus nũq̃ coegit peccatores ad pæñiam, sed suauiter al-lexit quoscũq; uocauit, ut Zacheũ, Mag dalenam, & Apostolos & omnes, sicut & apud Hieremiam cap. 2. dicit. Perpetua charitate dilexi te, ideo attraxi te mise-rans tui. Quia ergo Dñs semꝑ suauiter allexit ad pænitentiam, Ergo amore nõ timore agenda est pænitentia.

Respon-

Respondet, Vide iam Lector Hereticorũ in sacris literis oscitantiam, quod audent affirmare, nũq̃ Christum peccatores coegisse timore ad pœñiam, quũ tota Ecclesia nouerit, q̃lis fuerit Pauli Apostoli uocatio, uelut docte meminit beat9 Aug. inquiens, Cũ Christus Petrũ & alios Apostolos uerbo solo euocasset, Paulũ Ecclesiæ suæ postea magnũ edificatorem, sed horrendũ antea uastatoré, non solũ uoce cõpescuit, uerũetiam potestate ꝓstrauit, atq; in infidelitatis tenebris sæuientem, ad desiderandũ lumen cordis ut surgeret, prius cæcitate corporis pcussit. Si pæna illa non esset, nõ ab ea postmodũ sanaretur.

Inuehit postea Augu. in Pelagianos; ubi est inquit, quod isti clamare consueuerunt, liberũ esse credere uel nõ credere, cui uim Christus intulit, qué coegit.

Ecce habent Paulum Apostolum, agnoscant prius in eo cogentem Christũ, & postea docenté, pri9 ferientem & postea consolantem.

Adducamus alia testimonia. Lu. 14. ubi per Parabolam ostendit, quõ plures

multifariam

multifariam uocat, quosdam autẽ non uocat, sed compellit intrare ad cænam. Compelle inquit intrare ut impleatur domus mea.

Hic iam quis non uidet, aliquos non dulciter uocatos, sed compulsos ad cænam? Vide beatum Greg. Home. 38.

Item beat9 Paulus. 1. Timo. 7. Peccãtes coram omnibus argue, ut & cæteri habeant timorem. Ecce Apostolus uult ut alii timore correptionis coherceanť. Lutherus aũt cum suis, dicũt talem esse Hipocritam & magis peccatorem, qui illo timore cohercet a peccato.

Alia Scriptura est Matth. 10. Nolite timere eos qui occidũt corpus, animã aũt non possunt occidere, sed pocius timere eũ, qui potest & animam & corp9 perdere in Gehennam. Ecce Christ9 Dominus hortať ad timorem seruilem, ad timorẽ Gehennæ, Si iste timor esset peccatum, & faceret magis peccatorem, uide quæ Blasphemia sequiť, Christũ nos inuitasse ad peccatum?

Quõ ergo audent aduersarii dicere, ꝙ Christus suauiter semp ad pæñiam allexisset. Et

Et quō Iudam alliciebat ad pæñiam? Nonne terrebat eum, dicens, Ve homini illi p quem fili9 hominis tradetur.

Quinto arguunt, Dicunt eñ, Pæñiã quũ ab amore non a timore inchoari debeat, ergo debet esse dulcis, & ex dulcedie amoris, debet descendere in iram & odiũ peccati. Respondet falsum est. Nam omnis doctrina sacra docet amaram debere esse pænitentiam & tristem, & ex timore pænarũ descendere in odiũ peccati, & postremo ex odio peccati rursus eleuari ad amorem Dei, Et licet hoc iam sit satis ,pbatum, tamē obiter scd'm doctrinã spiritus, ostendamus pæñiam esse amaram.

Isa. 38. Recogitabo tibi omnes ãnos meos in amaritudine animæ meæ. Nō dicit in dulcedine, sed in amaritudine. Et iterũ, Corripies me & uiuificabis me, ecce in pace amaritudo mea amarissima. Correptus amaritudine pæñie uiuificat & tunc amaritudo illa in pace quiescit per dulcedinem charitatis uiuificantis.

Ita Psalm. Poculum meũ cum fletu misce-

miscebam. Et item, Lauabo p̄ singulas noctes etc. ut dictũ est.

Sufficiat de errore circa Contritionem, Nunc de Confessione.

De Secunda parte penitentiæ quæ est Confessio.

Heretici nostri temporis Lutther, Oecolampadius & alii impudenter fingũt nouam esse clanculariam Confessioné seu auricularem, & per Pontifices excogitatam, & q̄ hanc ignorauerit Ecclesia martiꝝ, quodq; de ea sancti Doctores illi prisci, nihil scripserint, minimeq; eã attigerint. Ecce quanta mendatia.

Initio ergo ostendamus q̄ ex sacris literis ineuitabiliter ducit̃ & probatur, Auricularem Confessioné esse a Christo institutam, & peccatori preceptam. Deinde ostendemus eam semp in Ecclesia, etiam tempore Apostoloꝝ fuisse, & q̄ prisci sancti Doctores de ea luculenter in scriptis suis fuerint locuti.

De primo adduco uerba Christi. Ioa. 20. Hec cũ dixisset Ihesus, insufflauit & dixit. Accipite spiritũsanctum quorum remiseritis

remiſeritis peccata remittũt eis,& quorum retinueritis,retenta ſunt.

Hic omniũ iuditio data eſt Apoſtolis & Sacerdotib9 eorũ ſucceſſorib9, poteſtas remittendi peccata, Quod certe eis primarie non conuenit, cũ hoc ſolius Dei ſit,ſed miniſterialiter, quia ſcz miniſteriũ Dei exercent in ſoluendis peccatis, arbitrando,remittendo,etc, Ita ꝙ hoc Sacramentum eſt quodammõ iudiciale,in quo cauſa rei peccatoris examinatur. Sed quõ poſſet arbitrari,quõ poſſet ſententiam abſolutionis ꝓferre, non cognita cauſa? Iudex eñ non poteſt ꝓcedere ſine cognitione cauſæ. Si ergo Sacerdos debet Abſoluere, debet cognoſcere.Sed non poterit cognoſcere,maxime de occultis,niſi per ꝓpriam eius confeſſionem, Ergo Confeſſio ex uerbis & inſtitutione Chriſti peccatori eſt neceſſaria,ut Sacerdos utatr̃ poteſtate ſibi a Chriſto tradita. Ita ꝙ ex collatione poteſtatis hic traditæ Sacerdotibus,peccator tenetur ſe accuſare coram eis,uelut iudicibus & arbitris.

Hec eſt poteſtas clauium, Sacerdotibus data. Quæ quidem poteſtas,quam

magna sit, patet ex hoc q tam sæpe a Christo Discipulis promissa, & deinde exhibita. Nam primo pmittit Matth. 16. cũ dixit ad Petrum, & tibi dabo claues regni cœlorũ, & quodcũq ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & qdcũq solueris super terram, erit solutũ & in cœlis.

Quasi dicat. Forte ignoras q̃ntũ donum tibi pollicear. Exponam tibi dignitatem harũ clauium, Non sunt Claues solum scientiæ, de quib9 dixi Iudeis Lu. 11. Ve uobis Legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ ipsi non introistis. Sed huiusmodi sunt Claues quibus poteris ligare & soluere in terris, quæ erunt ligata & soluta in cœlis. Ligabis tu & successores tui, & solues in terra iudicãdo, & ego in cœlo iuditium uestrum approbabo.

Iterum secũdo potestatem Clauium promittit Matth. 18. dicens discipulis, Amen dico uobis, quæcũq alligaueritis super terram, erũt ligata & in cœlo, & quecũq solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo.

Non parua res est ista potestas Clauium

um toties ꝓmissa. Deinde exhibita ipso die Dñicæ resurrectionis. Ioan. 20. ubi dicit. Insufflauit & dixit Accipite Spiritũsanctum, quorum remiseritis peccata remittũtur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt, Vide maiestatem potestatis clauium, Non enim simplici uerbo eis hanc dedit potestatem, sed ut eius monstraret excellentiam, spiritu oris sui, eam dedit. Nam insufflauit in eos. Et dedit Spiritũsanctum, ac si diceret, daturus uobis tam amplam potestatem, prius Spiritumsanctũ do uobis, ut sciatis neminem digne hac uti potestate, quam qui Spiritumsanctum habeat.

Ideo beatus August, de Pæ. Dis. 1. agite, exponens hec uerba dicit, Agite pænitentiam, q̃lis agit in Ecclesia Dei, ut pro uobis oret Ecclesia, Nemo dicat sibi Occulte ago, apud Deum ago. Nouit Deus, quæ in corde ago. Ergo sine causa dictum est, Quæ solueris in terra, erũt soluta in cœlis? Ergo sine causa claues date sunt Ecclesiæ Dei? Frustramus? Euangelium Dei. Frustramus uerbum Christi?

Stulti igitur sunt qui sacram confessi-

onem a Christo Dño tanta diligentia institutam, contemnũt. Nonne stultus est & uesanus, qui ianuam clausam sine clauib9 ingredi uoluerit? Et quõ peccator regnũ cœleste per peccata sua clausum, uult introire sine clauib9? hoc aũt facere p̃sumit, qui sine Sacerdotũ iuditio cœlũ ingredi nititur, qui claues pro Ecclesia Dei acceperunt.

Secundo ꝓbatur Confessionem peccatorum clancularíam Sacerdoti esse necessario faciendam, per illud Iacobi 5. ubi Apostol9 Iacobus ostendens necessitatem Confessionis, dicit Confitemini alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicem, ut saluemini. Ecce iubet confitendum, & loquit̃ de Confessione Sacramentali. Et uerbũ ipsius beati Iacobi est preceptiuum, qđ patet, Nam ea quæ eodem contextu ꝓmulgant̃, similiter obligant. At sanct9 Iacobus præceptiue promulgat extremam unctionem, & eidem mox adiungit Confessionem, q̃re & illam precipit. Patet hoc intuenti Textum.

Et bene dicuntur alterutrũ confiteri, quãdo Christianus Laicus, confitetur Christiano Sacerdoti. Dices

Dices. Sed Iacobus non determinat personam, sed dicit simpliciter, alterutrum. Respondeť, Determinatio p̄sone alibi colligiť, ꝙ solis Sacerdotibus hec potestas sit collata, Ob quā rem Christus, quū prius Apostolos in cæna fæcisset Sacerdotes, tunc in die resurrectiōis dedit Apostolis Claues.

Non aūt dico ꝙ beatus Iacobus confessionem instituisset, aut Sacramentū Pæn̄iæ, Nā omnia sunt a Christo instituta, Sed dico ꝙ S, Iacobus fuit Preco & promulgator amborum sacramentoꝝ in hoc capite, uidelicet extremæ unctionis & Confessionis.

Tertio ꝓbatur necessitas Confessionis. 1. Ioan. 1, Si cōfiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est Deus, ut remittat nobis peccata nostra, & emūdet nos ab omni iniquitate. s. per sacramentū pænitentie, Omnia em̄ in Confessione lauanť, nec unum mortale dimittiť sine alijs, Ideo diciť, Larga Dei pietas ueniam non dimidiabit, Aut nihil aut totū te lachrimante dabit.

Quarto ꝓbatur Confessio ex figura Sacerdocij legalis, quia cum patribus

omnia in figura contingebant. 1. Cor. 10. sequit̃ Sacerdotium legale figuram fuisse Sacerdocii gratiæ seu Noui Testamenti. At Sacerdos Veteris legis habebat iudicare inter Lepram & non Lepram corpoream Leui. 13. Vbi dicitur. Homo in cuius cute ortus fuerit diuersus color etc. Adduceẽ ad Aaron Sacerdotem, uel ad unum quélibet filiorum eius, qui cum uiderit Lepram etc.

Et infra, Locutusq; est Dñs ad Moisen dicens. Hic est ritus Leprosi, qñ mundãdus est, adduceẽ ad Sacerdotem. Similiter Deutero. 17.

Et confirmauit Christus quoq; dicendo Leproso, Matth. 8. Vade ostende te Sacerdotib9, & offer mun9 tuum quod precepit Moises in testimonium illis, Et decem Leprosis sanãdis precepit Lu. 17. Ite ostendite uos Sacerdotibus. Si ergo erat hec potestas Sacerdotii legalis, & erat figura potestatis, quã habituri erant Sacerdotes Euangelici. Quæ ergo erit huius figuræ ueritas, nisi sicut est spiritale Sacerdotium Euangelicũ, ita & Lepram iudicet spiritalẽ, peccatum.

Leprosus

Leprosus ergo & immũdus quisq; adducatur ad Sacerdotem, qui iudicet inter Lepram & non Lepram. Hoc est, inter peccatum & non peccatum, inter obstinatum & pænitentem.

Et non dico, quasi Christus istis uerbis preceperit Confessionem. Ite ostendite uos Sacerdotibus, sed dico fuisse figuram, q̄ precepturus eam erat, sicut p̄cepit Ioan. 20. ut dictum est.

Stat ergo inconcussa ueritas q̄ uidelicet Confessio a Christo sit istituta, & ita est de iure Diuino.

Quod si quispiam dixerit, Ostendit Deus Iudices uelut Medicos, sed non p̄cepit infirmis ut Medicos adeant. Respondet, eo ipso quãdo aliquis est infirmus, non oportet huic precipere, ut Medicũ adeat. sed satis erit ostendere Medicum efficaciter sanantem.

Est ergo uti diximus Confessio de iure Diuino, Et profecto inuenti fuissent qui se opposuissent sicut & aliis multis, si non fuissent coacti credere Confessionem de iure Diuino.

Restat destruere obiectio-

L 4 nes

nes aduersariorũ quas afferunt contra Confessionem.

Primo dicũt Confessionem clanculariam seu Auricularem esse nouam & per Pontifices excogitatam, & ꝙ hanc ignorauerit Ecclesia, quæ sub temporibus erat martium, quodq́ȝ de ea sancti Doctores antiq nihil attigerint in scriptis suis, & ut mentit Oecolãpadius, orta sit ex constitutione Concilii Laterañ Omnis utriusq́ȝ sexus etc.

Pro responsione ergo, ut hec omnia, etiam pueris pateant esse falsa, & mera mendatia. Notandũ Primo, ꝙ Confessio illa occulta quæ fit Sacerdoti semp fuit in usu in Ecclesia, etiam tempore Apostolorum & deinceps.

Et ordiamur hinc, Quẽadmodũ Baptismus saluatoris, præuium habuit Baptisma Iohannis, quod nõ erat sacramẽtũ, nec remittebat peccata, sed erat quedam protestatio credendi in Christum uenturum, & opera pæñiæ faciendi. Sic & Confessio ad Sacramentũ pænitentiæ pertinens, habuit suum preambulũ apđ Iohannem, Nam Baptizati ab eo, confitebanť peccata sua, licet nec Baptismus,

tismus, nec Confessio eius fuerint Sacramenta.

Nam ita testaẽ Matth. ca. 3. Tunc exibat ad eũ Hierosolima & omnis Iudea, & omnis regio circa Iordanem, & Baptisabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua, Idem Mar. 1. Sup quæ uerba Beda ait. Exemplum confitendi peccata & meliorem ꝑmittendi datum eis, qui Baptisma accipere desiderant.

Secundo nota, ꝙ Confessio de qua loquimur fuerit tempore Apostolorum, patet ex Actis Apostolorum ca. 19. Multiq; credentium ueniebant confitentes & annũciantes actus suos.

Quod si dixerit quis hec intelligenda esse de Confessione quæ fit Deo, uel de Confessione publica ostendam9 hec falsa esse.

Et primo prodeat sanctus Clemens Sancti Petri discipul9 & martiꝶ ductor ac Doctor, qui Confessionem Auricularem in ipsis iniciis fuisse, his uerbis testatur.

Quod si forte in alicuius cor uel liuor uel infidelitas, uel aliquod malum,

latenter irrepserit, non erubescat, qui a-
nimæ suæ curam gerit, confiteri hec ei
qui præest, ut ab ipso per uerbū & con-
silium salubre curet, quo possit fide in-
tegra & bonis operibus pænas eterni ig-
nis euadere. Nota uerba Clementis, ei
qui præest. Si dicas Itinerarium Cle-
mentis Apocriphum est. Respondetur,
Nō ideo statim aliquid est falsum quia
Apocriphum. Nam & Iudas Thad. A-
postol9, testimoniū citauit ex Apocri-
pho libro Enoch.

Sed ne Heretici credāt ueritati suum
deesse Patrociniū, & leuibus eam inniti
Aristis euocemus Tertullianū, proximo
tempore post Apostolos inter martires
uiuentem. Magistrum a sancto Cipria-
no appellatū, teste Hieronymo, qui fuit
ante. M.cccl. annos. Is libro de pæñia,
dicit, Tantum releuat confessio delicto-
rū, q̄ntum dissimulatio exaggerat. Con
fessio em̄ satisfactionis consilium est.
dissimulatio contumatiæ. Et infra. Is
actus qui magis greco uocabulo expri-
mit, & frequentat, exomologesis est, qua
delictum nostrum Dño confitemur. nō
quidem ut ignaro, sed quatenus satisfa-
ctio cō-

ctio confessione disponit, confessione pænia nascit, pænitentia Deus mitigat. Et quibus fieri debeat, subdit. Plerumq; uero ieiuniis preces alere, ingemiscere, lachrimari, & mugire dies noctesq; ad dominū Deum tuum, Presbiteris aduolui etc. Ecce Sacerdotibus aduolui debet.

Idem Tertullian9 meminit confessionis li. 2. aduersus Martionem, uide ibi.

Accedat Origenes post Apostolos Magister, inter martires uiuens, Is Hom. 2. sup Leuit. dicit, Licet dura & laboriosa est per pæniam remissio peccatorꝶ; cum lauat peccator in lachrimis stratū suum, & fiunt ei lachrime suæ panis die ac nocte, & cum non erubescit Sacerdoti Domini indicare peccatum suum, & querere medicinam etc.

Vides iam Hereticorꝶ commentum? uides non nouam rem esse cōfessionē?

Vide eundē Orige. Hom. 2. sup Psal. 37. Dñe ne in furore tuo etc. Vbi inter cætera docens querere idoneū confessorem, dicit, Tantummodo circumspice diligentius, cui debeas confiteri pctm̄ tuum,

um; proba prius Medicum, cui debeas lãguoris causam exponere, qui sciat infirmari cum infirmante, flere cum flente etc.

Ciprianus Doctor & martir, qui & ipse tempore martiræ fuit, in Sermone de lapsis, primo plurib⁹ exhortať, ut latentia peccatorum uulnera detegant. Admonet quoq; ut etiam occulta & solum cogitatione ppetrata delicta confiteanť & quosdam hoc fecisse cõmendat. Inqt em̃, uiderit an minore uel dedecore, uel crimine apud homines publicauerit qď admisit. Deum tamẽ iudicem subterfugere & uitare non poterit. Et subdit. Apud sacerdotes Dei dolenter & simpliciter confitenť. Exomologesin consciẽtiæ faciunt, animi sui pond⁹ exponunt, salutarem medelam paruis licet & modicis uulneribus exquirunt, Et alia ibi multa, Et concludit. Confiteanť singuli quæso uos fratres delictum suum etc.

Et ꝙ non solum maiora delicta quæ crimina dicunť, & publicam isto tempore exigebant pænitentiam, sint confitenda, sed etiam minora delicta, testať idem

idem in Epistola ad plebem; quæ icipit. Ingemiscere uos, ubi inquit. Nam cum in minoribus delictis, quæ non in Deũ cõmittuntur, pæñia agatur iusto tempore, & Exhomolesis fiat inspecta uita ei9 qui pæñiam agit, nec ad cõmunicationem quis uenire posit, nisi prius illi ab Episcopo, & clero manus fuerit imposita, q̃nto magis in his grauissimis & extremis delictis, ante omnia, & scd'm disciplinam Dñi obseruari oportet?

Vide eundem ad clerum in sequenti Epistola.

Recognoscãt Heretici sua figmenta, dicẽtes Doctores priscos de confessione nihil scripsisse.

Deficeret tẽpus, si oẽs Doctores antiquos recensere uellẽ, qui frequẽtissime in suis libris de cõfessiõe auriculari disserunt.

Vide Hilariũ super Psal. 66. Vide Basiliũ, lib. de Institutiõe monachorũ, Vide Ambro. lib. de pænitentia.

Dicũt aduersarii, Tẽpore Hieronĩmi incognita fuit hec ratio cõfitendi. Audi eundẽ Hieronimũ super Mattheũ, Legi-

mus, inquit, in Leui. de leprosis, ubi iubent. ut ostendāt se sacerdotib9. Et si leprā habuerint, tūc a sacerdotib9 immūdi fiant. Nō quo sacerdotes leprosos faciant & immūdos, sed quo habeant noticiā leprosi & nō leprosi, & possint discernere, qui mūdus, quiue imund9 sit. Quomodo ergo ibi leprosum sacerdos mundū uel immundū faciat, ita & hic alligat Epūs & presbiter, nō eos qui insontes sunt uel noxii, sed ꝓ officio suo, cū peccatoꝶ audierat uarietates, scit qs ligādus sit qui ue soluendus. Hæc Hieronim9 super illa uerba Matth. 16. Tibi dabo claues regni celoꝶ. Et alibi sepissime beat9 Hieronim9 de hac cōfessione. Noscite ergo o lectores nostri tēporis Hereticorū fallatias, quibus plebeculā decipiunt.

Chrisost. quoq; antiquos Doctor, sermōe. 29. Vbi multa de laudib9 pænitētiæ disserit, dicit. Perfecta pænitētia cogit peccatorē omnia libenter sufferre. Si uiolent9 querat quæ habet, nō uetat; Si uestē dirimat, nō refragatᷣ, percutiēti maxillā, prebet alterā, castigatus gratias agit etc. sequitur. In corde eius cōtritio

est

est.In ore eius cõfessio.In opere tota humilitas.Hæc perfecta & fructifera est pænitudo.

Vide eundẽ hom.10.super Matth.& alibi sepe.

Augustinus plus q̃ in mille locis de hac cõfessione, Vide eũ.de uera & falsa pænitentia cap.10. Vide eundem super psalmos plus q̃ in.20.locis.

Secũdo Heretici cõtra sacrã cõfessionẽ insurgẽtes dicũt.Cui cõfiteri debeã? Sacerdoti?Ipse est similis mei peccator, eque malus ut ego,& fortasse peior. Nemo habet claues,nisi qui habet reuelatiõnẽ Dei p̃ris,hoc est,qui est in gratia.Et alia huiusmodi uerba multa effutiunt.

Respondet,Is est antiquus error Donatistarum cõtra quẽ btũs Augustinus cõflixit.Deinde resuscitatus per Valdenses, & iterum per Vuickleff in Anglia. Per Hus in Bohemia, & iterũ per Hereticos nostri tẽporis in Saxonia. Qui oẽs uolunt dicere q̄ nemo possit uti potestate clauiũ,nisi sit in gratia. Et est articulus Parrhisiis condẽnatus,& est quartus articulus ipsius Vuickleff. Cõdẽnatus etiã

Prage,& in Cõcilio Romano,& in Cõcilio Constanciensi.

Dicebãt em̃ heretici,& dicũt. Si Episcopus uel Sacerdos existat in pc̃tõ mortali,non ordinat,nõ consecrat, nõ conficit,non baptizat. Itẽ si papa est in peccato mortali,non habet potestatẽ super fideles. Item nullus est dñs ciuilis,null9 est prelatus,nullus Episcop9,dum est in peccato mortali.

Omnes hi articuli sunt cõdemnati. Cur autẽ sint condẽnati, reddit rationẽ Christianissim9 Cancellarius Parrhisień. Iohãnes Gerson. qui eidẽ Cõcilio interfuit. Pro natiõe Gallica deputat9. Ne uidelicet Hierarchic9 ordo potestatis Ecclesiasticæ maneat instabilis,uag9,& incert9,cũ nemo sciat, an amore uel odio dignus sit. Vnde cũ habere claues sit ordinis,non personæ,ea ueto quæ sunt ordinis, indelebilia sunt & stabilia, ideo temeraria est uox & impia, priuato nõ datas fore claues, qa de nullo hoïe priuato certi sumus,habeat nec ne reuelationẽ patris,hoc est,an sit in gratia, nec nec? Nã absurdissima ex hoc sequerent: quoniã quilibet posset ratiõabiliter dubitare.

bitate, an esset sacerdos etiã ordinatus? an ille suus Episcop9? Plebanus? an hostia in missa sit consecrata, an in confessione esset absolutus, uel nõ? illa ex parte sacerdotis? & cũ infinitis similibus.

Vnde hanc temeritaté repressit Saluator, dum ait Matth. 23, Super cathedrã Moysi sederunt scribæ & pharisæi, Omnia ergo quæcũq; dixerint uobis seruate & facite, ubi satis constat illos non fuisse auditores paternæ reuelatiõis, & tamen p̃cipit obediendũ tanq̃ certis Prelatis. A maiori credendũ est nostris, qui dignius habent Sacerdotium, & firmiter credendum q̃ hanc potestatem Clauium habeant a Deo.

Respondet ergo ad obiectionem, q̃ congruit quidem & decens est & expedit Sacerdotem, Episcopum, suscipientem Claues, esse in gratia, & necessariũ est necessitate precepti, quoniã existens in peccato mortali & suscipiens sacros ordines, peccat mortaliter. Similiter si usus fuerit clauibus in peccato mortali, peccat mortaliter, ut si audit Confessionem & est in peccato mortali, & absol

nit centum, cencies peccat mortaliter: Non tamen potestas Clauiũ de necessitate existentiæ coexigit gratiam, quasi huiusmodi potestas nõ possit subsistere, uel fundari nisi in gratia, quia nõ in gratia fundatur sed in ordine.

Quod si Hereticus obiecerit, daturus Dñs hanc potestatem Apostolis, prius dedit Spiritũsanctum, cum insufflauit & dixit, Accipite Spiritumsanctũ, quorum remiseritis etc. Ex hoc uidetur quod ista commissio non sit facta, nisi eis qui habent Spiritumsanctũ, & ita Sacerdos in peccato existens mortali, soluere nõ potest. Cui fauet Exemplum, quia ligatus uinculo, alium soluere non potest.

Respondetur, Absque omni dubio hanc potestatem recipiunt boni & mali. Neque enim in merito Sacerdotis, sed passionis Christi fit remissio peccatorum, dũmodo sit legittime ordinatus Sacerdos, alioquin ut dictum est, Status Hierarchicus in sancta Ecclesia esset incertus, nec sciretur, quis sit absolutus & quis non. Hoc autem falsum est immo est certus ille status. Nam Ecclesia est a Christo sufficienter instituta.

Cum

Cum aũt dicit, Ligatus uinculo aliũ absoluere non potest. Respondetur; falsum est, Quid eñ ꝓhibet Officialem alicuiꝰ domini, maximis debitis inuolutum, ex commissione dñi sui, alium debitorem domini ꝓnunciare absolutum? quẽ non Officialis principaliter; sed dñs a debito absoluit, q̃uis ipse Officialis semper manet dño obligatus.

Ad hoc multe sunt autoritates sanctorum, Vide Greg. Hom. 17. suꝑ Euangelia. Vide Hiero. suꝑ Matth. 16. Et Au. dicit, Nec uoluntas Sacerdotis obesse uel prodesse potest, sed meritum benedictiõem poscentis. Et Greg. Cui rei inquit similes dixerim Sacerdotes malos; nisi aquæ Baptismatis, quæ peccata baptizatoꝶ diluens, illos ad regnum cœleste mittit, & ipsa in Cloacas descendit.

Si adhuc quis obiecerit, dicens, Quid ergo dices ad illud ꝙ Christus daturus potestatem ligandi & soluendi, p̄misit dicens, Accipite Spiritũsanctum?

Respondet, Ad digne recipiendum hanc potestatem & digne exequẽdum, necesse est habere Spiritũsanctum non

 autem

autem ad recipiendum uel exercendū simpliciter.

Item, dupliciter daṫ alicui Spiritus-sanctꝰ, Vno modo ad ꝓpriam & ꝑsonalem sc̄tificationem, & ita non daṫ, nisi cum gratia gratū faciente scz charitate, & isto modo inhabitat omnes iustos. Alio modo datur Spiritussanctꝰ alicui, non tam ad suiipsius, q̄ntum ad utilitatem Ecclesiæ, Et sic datur in gracijs gratis datis, ut sunt dona linguaꝝ, miraculorum, fidei, potestatis cōsecrandi & generaliter sacramenta administrandi, de quo, 1. Corin. 12. & sic daṫ etiam peccatoribꝰ, Exemplum de Iuda, Et hoc mō recipit Spiritūsanctum quicūq; accipit potestatem Ligandi & Soluendi.

Nunc de Satisfactione

quæ est Tertia pars pæn̄iæ.

Heretici nostri temporis Satisfactionem in toto cassant & floccifaciunt, dicentes, Quis poterit Deo ꝓ peccatis satisfacere? Nemo nisi Christus. Christus iam satisfecit ꝓ eis, nos quid oportet satisfacere. Sufficit mores in melius cōmutare.

Pro

Pro responsione ergo ut pateat ꝙ satisfactionem exigat Deus a pænitente & ꝙ satisfactionẽ Heretici indigne cassant. Notandũ est, ꝙ, Cum diuina gratia preueniente, peccator conat̃ se euoluere ex compedib⁹ Diaboli, & iam corde compungit̃, iamq; defleuit peccata p̃terita, & ꝓponit in posterum plangenda non admittere, & iam confessus, iamq; absolutus est. Adhuc diuinæ ꝓuidentiæ dispositio exigit, ut scd'm regulam misericordis ei⁹ iustitiæ, Deo utrumq; satisfiat per exhibitionem alicuius operis pænalis, Nam licet in conuersione peccatoris, & sacramento peñiæ, odiũ Dei extinguat̃, offensa remittatur, culpa deleatur, Attamen pæna nõ in totum expungitur, sed clementia Dei, æterna in temporalem cõmutatur, tum quia De⁹ non uult aliquod malum manere impunitũ, tum ut sic aliquis honor Deo ꝓ commissa culpa impendatur.

Hanc pænam temporalem oportet solui uel hic in hoc mundo, uel alibi. s. in Purgatorio, Hic in hoc mundo hanc pænam pænitens diluere debet, aut iu-

dītio Ecclesiæ p̄ impositionem Sacer-dotis, aut per uoluntariam susceptio-nem boni operis, Diluit̄ eñ hec pæna temporalis hic uariis modis. scz, per cō-tritionis acerbitatem, ut Petrus flcuit a-mare. Per amoris magnitudinem, ut Magdalena, per confessionis erubescen-tiam, & per alia bona opera, potissimū per Orationem, Elemosinam, Ieiuniū. Quæ ut maioris sint apud Deū efficatiæ a Sacerdote Vicario Dei iniunguntur in emendam & expiationem peccatorū quæ sunt confessa. Hoc tota semper seruauit & seruat Ecclesia, hoc aūt cas-sant Heretici.

Quod ergo Deus exigat satisfactionē post Absolutionem & q̄ satisfactio sit de Iure diuino, Probem⁹ scripturis, tam Veteris, quam Noui Testamenti, addē-do & scripturas sanctoꝝ patrum. Dein-de soluemus obiecta Hereticorum.

Nota q̄ plerumq; culpa perpetrata, a Deo homini remittit̄, pæna tamen tem-poraria pro illa infligenda, in futurum tempus reseruat̄. Patet hoc dilucide ex-emplo Dauid. 2. Reg. 12. Qui post per-petratum

petratum adulterium & homicidium:
a Nathan Propheta increpatus, cũ hu-
militer suũ cognouisset peccatũ, dicẽs,
Peccaui Dño, audiuit & illi9 peccati re-
missionem sibi a Dño factam, uoce Pro
phetica, cũ illi respondit Nathan. Dñs
transtulit peccatũ tuum, non morieris.
Attamen Dauid postea grauissimas p-
pessus est molestias, erũnas & calamita-
tes a filiis suis. Amnon in uiolatiõe so-
roris suæ Thamar, & Absalon in cæde
dolosa fratris sui, in rebellione contra
patrem, uxorum suaꝝ stupratione, & ig
nominiosa morte ipsius Absalon, quæ
omnia in scđo libro Regũ describunt,
Et hec omnia passus est Dauid, in expi-
ationem utriusq criminis predicti. Lon
ge ante iam p eũ ppetrati sicut Nathan
Propheta etiam futurũ ei p̃dixerat, Ec-
ce post deletam culpam adhuc Deus in
Dauid exigebat pænam.

Aliud Eexemplum in eodem Dauid,
idem probans q scz licet Deus dimittat
culpam, adhuc tñ exigit pænam. 2. Re.
24. Cum Dauid peccasset numerando
populũ, pænituit pro peccato, Nam ibi
dicit, Percussit aũt cor Dauid postq̃ nu-

meratꝰ est populꝰ,& dixit ad Dominũ, Peccaui ualde in hoc facto, sed precor Dñe,ut transferas iniquitatem serui tui. quia stulte egi nimis.

Postq̃ per hanc pæñiam Dauid ipse culpam tersisset,exegit tamen Deus adhuc pænam & satisfactionem ab eo. Nam post hanc ipsiꝰ pænitentiá sic iussit dñs Gad Prophetam dicere ad Dauid, Vade & loquere ad Dauid,Hec dicit Dñs, Triũ datᷣ tibi optio, Elige unũ quod uolueris,Aut septem annis ueniet tibi fames in terra tua. Aut tribꝰ mensibꝰ fugies aduersarios tuos,& isti te ꝑsequentᷣ. Aut tribꝰ diebus erit Pestilentia in terra tua. Elegit Pestilentiam & mortui sunt.70.milia uirorum.

Ecce post dimissam culpam, exegit Dominus a Dauid pænam.

Sunt multa huiusmodi exẽpla in sacris scripturis,per quæ facile ꝓbamꝰ intentũ. Vt tamẽ nõnulla adhuc uel breuibus attingamꝰ. Exod.32.diciᷣ,ꝙ Moises precatus est Dñm pro culpa populi. Remissa culpa,dixit dñs ad Moisen,uade duc populũ istũ,angelus meus precedet

cedet te. Ego auté in die ultionis uisitabo & hoc peccatũ eorum., En hic habes dimissam culpã. & nihilominus pœnam exigi.

Numeri. 14. dixit Moyses, obsecro domine, dimitte peccatũ populi hui9. Respondit dñs. Dimisi iuxta uerbũ tuum, Attamé oés homines qui uiderunt maiestaté meam, & signa quæ feci, non uidebunt terrã pro qua iuraui.

Manasses Rex Iuda. 2. Paralip. 33. ante actorum suorum malorũ, ueniã fuerat consecutus, per salutaré uitæ suæ emendationé, integramq; sui & uerã ad Dñm conuersioné. In illorũ tamé scelerũ suorum iam dimissorũ punitioné & pœnã, Disperdidit dñs populum Iuda. & ciuitaté Hierusalé, sub Sedechia rege aliquãto post tépore, tradidit in manus Chaldeorum, ut liquido testatur Scriptura. Etení liber quartus Regũ cap. 21. hec refert. Locut9 est Dñs in manu seruorum suorum Prophetarum, dicens. Quia fecit Manasses rex Iuda abominationes istas pessimas, super omnia quæ fecerunt Amorræi ante eũ, & peccare etiã fecit Iuda in immũdiciis suis. Propterea hec di

cit Dñs deus Israel. Ecce ego inducam mala super Hierusalem & Iudã, ut quicũq; audierit, tinniant ambæ aures eius etc. Oĩa hec probant, exactam pænã post dimissam culpam. Et idem leges. 4. Reg. 24. q uidelicet ꝓpter peccata Manasse, puniuit Dñs populum.

Rursum, ad studiũ bonorũ operum, quæ peccatoꝶ detergant rubiginé, sanctis Daniel Propheta dñi, exhortatꝰ est regé Babilonicũ. Danielis. 4. dicés. Peccata tua elemosynis redime. At quomodo peccata elemosynis redimunt? nunquid ut erogatis in pauperes pecuniis, impune postea ꝑpetrent peccata? Nequaq̃. Nam impunitaté illã peccatorum cõmittendoꝶ, nullo quis possit cõparare precio. Et stolidæ mentis esset, q ita redimi posse peccata putaret. Sed redimunt misericordiis paupeꝶ, peccata, quando pæna pro illis etiã a Deo dimissis debita, exoluitur per huiusmodi elemosynas.

Alia scriptura idem probans. Ecclesi. 21, dicit. Fili peccasti, non adiicias iterũ, sed & de pristinis depcare, ut tibi dimittant. Vide qd dicit deprecare, ut doceat non sufficere resipiscentiã. Ite

Iterum, ad id tẽdit, quod dicit Psal. Beati quorũ remisse sunt iniquitates. scz quando Deus remittit culpam. Et quorum tecta sunt peccata. Tunc tegit peccata, quãdo placatus deus ieiuniis, orationibus, elemosynis, nõ aliam requirit pænam. Nam sic in om̃i opere, cõcurrit misericordia & iusticia Dei. Misericordia ignoscendo culpã. Iusticia, infligendo pænam satisfactiõe diluẽdã. Sic enĩ memores debem9 esse peccatorũ, ipsa in nobis puniendo, ut sic Deus non sit memor uindicando.

Ad hec Leui. 4. 5, & 6. cap. determinatur a Dño particulatim hostia ꝓ diuersitate peccantiũ aut peccatorũ offerẽda in satisfactionẽ. Nã ibidem cap. 4. singulatim explicat̃, quæ nam fuit facienda oblatio pro peccato sacerdotis; ꝓ peccato itidẽ multitudinis. Pro peccato quoq; principis, & deniq; ꝓ peccato singularis personæ. Itẽ cap. 5. ostendit̃ quæ fuit hostia in satisfactiõe offerenda ꝓ peccato procedente ex uehementi affectione in aliquem. Itidem pro peccato commisso ex negligentia, aut ignorantia, & sic de aliis multis ibidem. Cõstat

ſtat igiẗ apertisſime ex eo ſcripturæ lo-co, ſatisfactionem pro peccatis, eſſe iu-ris diuini, ipſamq; a Deo eſſe primum ordinatam.

Nec hic aliquis obſtrepat, Hec omnia genera oblationum Veteris Legis eſſe, & iam eſſe abolita cū ipſa Lege, quia ta-metſi ſpeties ſatisfactionū ibidem de-ſcriptæ, ſint antiquatæ, Attamen ſatis-factio ipſa in genere & ſcd'm uniuerſa-lem ſuam rationem, permanet integra, & ſemper ſtabilis atq; ꝑpetua. Nam ipſa ꝑtinet ad Dei honoré, ſcd'm legé equita tis illi offenſo exhibendá, & ergo in no-ua lege, non minus habet roboris & lo-ci, q̄ habuit in antiqua.

Sed iam probemus per ſcripturas Noui Teſtamenti, ꝙ requira-tur ſatisfactio poſt culpam dimiſſam.

Ex Nouo Teſtamento ad hoc ꝓban-dum prodeat primū beat9 Chriſti pre-co Iohannes Baptiſta, qui poſtq̄ Scriba-rum & Phariſæorū ad ſe uenientiū cri-mina acriter corripuit. ſubiunxit medi-camentum quo uulnera eorum curaré-tur

65

tur, dicens. Lu. 3. Facite ergo dignos fru-
ctus pænitentiæ. ut possitis fugere a uen
tura ira. Qui aũt sunt digni pænitentiæ
fruct9, nisi uitæ prioris in meliorem fru
gem cõmutatio, & bonoꝝ operum ad
abolenda p̄terita peccata, sustinendãq;
ꝓ illis satisfactoriam aliquã afflictionẽ
exercitium? ut preclare demonstrat be-
at9 Greg. in Hom. illi9 loci expositoria,
quæ legit̃ Sabbatho Quattuor tempo-
rum Aduentus Domini.

Secundo ad idem tendit illud salu-
bre Dñi uerbum Lu. 11. Veruntñ quod
supest, date Elemosinam, & ecce omnia
munda sunt uobis.

Tertio, Nemo id dubitat, ꝙ beat9 Pe-
trus, cũ conuersus Dñs respexit eũ Luc.
22. obtinuerit tunc ueniam trinæ nega-
tionis suæ, & tñ continuo egressus foras
fleuit amare, ut scribit Matth. 26. Nec
tantũ uno aut altero die fleuit, sed q̃diu
hic uixit, audito Gallicinio dicit̃ in pias
erupisse lachrimas, criminis illi9 admis-
si expurgatorias, Sed nõne tam uberes
lachrime, ad satisfactionem ptinebant?

Quarto, beatus Paulus ad Roma. 6.
ad

ad Rom.inq̃ iam Dei gratia iustificatos scribens ait. Sicut exhibuistis membra uestra seruire immũditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete mẽbra ue-stra seruire iustitiæ in sanctificationem. Quib9 uerbis eos monet Apostolus, ut corpora sua per satisfactionem condig-nam exhibeant instrumenta bonorum operum, sicut prius ea exhibuerant or-gana grauissimorum scelerum.

Quinto q̄ satisfactio sit necessaria ꝓ-baẽ per illđ Matth.11. Si in Tyro & Sy-done facte fuissent uirtutes quæ factæ sunt in uobis, olim in Cilicio & Cinere pænitentiam egissent.

His uerbis laudat Dñs austeritatem pæñie pro peccatis, & hec est satisfactio, Quid ergo dicent, qui clamant, sufficit mæthanea.i.resipiscentia, seu cessatio a peccatis: uide super hec uerba Christi Grego.37.Mora.

Sexto, beatus Paulus in Actis Aposto licis ca.20.perhibet se testificatum esse Iudeis atq; gentilibus, in Deum pæñiã, & fidem in Dñm nostrum Iesum Chri-stum. Vbi non solum fidem dicit se an-nũcciasse, sed & pæñiam in Deum, Quæ

aũt

aūt est in Deum pænitentia, & salutaris nisi ea ipsa. qua per sedulum exercitiū bonoꝝ operum student resipiscentes diluere maculas p̄teritæ uitæ, & prauos mores pristinæ conuersationis in meliores conuertere & commutare?

Iam ergo patet tam ex Veteri q̄ Nouo Testamento, satisfactionem esse necessariam & de iure diuino.

Ostendamus id quoq; scripturis sanctorum Doctorum ꝙ uidelicet post deletam & dimissam culpam, restet adhuc per bona opera satisfaciendum.

Beatus Augustinus libro de medicina pænitentiæ cap. 3. dicit. Penitens ueniat ad Antistites, per quos in Ecclesia claues ministrant̃. Et tanq̃ bonos iam incipiens esse filius, maternorū bonoꝝ ordine custodito, a prepositis sacramētoꝝ accipiat satisfactionis modum.

Et idem August. ibidē cap. 5. Non sufficit mores in melius cōmutare, & a factis malis recedere, nisi etiā de his quæ facta sunt, satisfiat Deo, ꝑ penitētiæ dolorem, per humilitatis gemitū, per contriti cordis sacrifitium, cooperantibus elemosynis.

Idem

Idem Beat9 Aug.in Enchiridion ca-70. In melius inquit mutanda est uita, & per Elemosinas de peccatis preteritis propiciandus est Deus.

Beat9 Ambro. lib. 21, de pænitentia. Qui agit pænitétiã, non solũ diluere lachrimis debet peccatũ suũ, sed etiã emẽdacioribus factis operire & tegere delicta superiora, ut non ei imputetur peccatum.

Beatus Ciprianus in Epistola ad Antonianũ improbat Nouacianos hereticos, quia satisfactioné admittebãt sicut fit in Ecclesia, & tamen relapsis negabãt pænitentiã quæ in Ecclesia daε, & dicit sic. O Hereticæ institutionis inefficax, & uana traditio, hortari ad satisfactionis penitentiã, & subtrahere de satisfactiõe mædicinã, Dicere fratrib9 nr̃is, plange. & lachrimas funde, & diebus ac noctib9 ingemisce, & ꝓ abluendo & purgando delicto tuo, largiter & frequẽter operare, sed e[illegible]a Ecclesiã, post ista om̃ia morieris. [illegible]c ille.

Quid hic mutire poterit aduersarius ueritatis? Possemus & alios Doctores in hui9 rei testimoniũ citare, nisi breuitati

rati studeremus, oẽs eñ passim de satis-
factione scripserũt q necessaria sit ad sa-
lutem. Sed iam ad obiecta Hereticorum
respondeamus.

Solutiones Argumen-
torum quibus aduersarij satisfactioné tollere nituntur.

Aduersarij nostri primo sic arguunt,
& sunt uerba Lutheri in ope suo de uo-
tis monasticis. Impie sunt leges de sa-
tisfactiõib9, quibus docemur per bona
opera delere peccata, quæ eñ pura cre-
atura potest pro pc̃tõ uel minimo Deo
satisfacere?

Respondet, hic in dubiũ non reuoca
mus an creatura aliqua satisfacere pos-
sit ꝓ peccato, quia hoc pro certo habe-
mus, nullũ hominé potuisse satisfacere
pro quocũq; peccato. Sed quia Dñs no-
ster Ihesus Christus passus est ꝓ peccatis
nostris, & redemit genus humanũ, & sa-
tisfecit ꝓ peccatis. ideo om̃is nr̃a satis-
factio habet suã uim a merito benedi-
ctæ passionis suæ. Itaq; om̃is nostra suf-
ficientia ex Deo est. 2. Chor. 3.

Secũdo arguũt sic, ex eodé. Christus

in cruce, acerbissima sua passiõe & morte satisfecit ꝓ peccatis nostris, etiam pro peccatis singulorum hominũ. Ipse em̃ est agnus Dei qui tollit peccata mundi Iohan. 1. Et est ꝓpiciatio pro peccatis nostris, non pro nr̃is autẽ tantum, sed etiã totius mundi. 1. Ioan. 2. Quod & Esaias testatur ca. 73. dicens de Christo, quod Dñs posuit in eo iniquitatem omniũ nostrum, & ipse peccata multorum tulit. Et. 1. Petri 2. Qui peccata nostra ptulit in corpore suo sup lignum etc. Sed huiusmodi satisfactio per Christum facta, fuit sufficientissima Deoque acceptissima, Ergo nõ debet ulla a nobis fieri satisfactio pro quibuscunque peccatis nostris, sed simul postq̃ remittitur culpa, deletur etiam omnis pæna culpæ debita, Alioquin iniurius est Christo, quicũque post tam dignã & sufficientem satisfactionem eius pro omnibus peccatis, uult addere suam satisfactionem, quasi nõ sufficienter Christus pro nobis satisfecisset.

Respondetur, quod Christus quidem dolorosa sua passione satisfecit ꝓ omnibus & singulis peccatis mundi, ut dicunt sacræ scripturæ modo adductæ, sed certo quodam

quodam satisfactionis modo, quo pœ-
nam eternam peccatis nostris debitam
sustulit, eamq; in temporalem tantum,
commutari obtinuit. Ita q; quotiens fit
homini a Deo peccatorum remissio & cō-
donatio, tam uirtute efficatiæ passiōis
Christi, pœna eterni ignis, cui peccator
ante erat obnoxius, cōmutatur in tempo-
rariam, aut in hoc seculo, aut in altero
pferendam, Superest igitur post acceptam a
Deo remissionem peccatorū. Adhuc a-
liqua pœna temporalis, ex diuinæ iusti-
tiæ rectitudine, debita illis peccatis, pro
qua exsoluéda, debet fieri satisfactio, ad
integram pœniam agendam, sicut iam
pbatū est scripturis utriusq; Testamen-
ti. Illius aūt pœnæ partem aliquam tol-
lit, prompta adimpletio peñiæ, iniūctæ
pœnitenti per Sacerdotem cui confessa
sunt peccata. Sed quoniam nō est cuiq;
certum, an opus illud bonum iniunctū
cōfitenti a Sacerdote æqua lance respō-
deat illi pœnæ temporali debitæ, eamq;
totam exoluere sufficiat, & plerūq; con-
tingit, cōpleta ea pœñia, adhuc reliquā
esse aliquā partem illius temporalis pœ
næ, quæ necdum est psoluta. Ideo com-

mendabile est,laudeq; dignum,ultra illam satisfactoriam pæniam, supaddere & alia bona opera, orationes,Elemosinas aut Ieiunia pro omnimoda pænæ illius temporalis exsolutione,utq; completa fiat satisfactio. Non igit iniuriam Deo facit,qui bonorum operum obsequiis satisfactionum p peccatis exercet, sed amplectens & exequens quod ordinatum est a Deo,& per eum ab Ecclesia Catholica,magna ueneratiōe honoreq; ipsum prosequitur.

Tertio arguunt sic,Optima pænitentia noua uita. Nam ad Gala. 5.dicit Apostolus,in Christo neq; circūcisio,neq; pputium aliquid ualet, sed noua creatura. Sufficit ergo mores in melius commutare.

Respondet,Nō sufficit,patet ex scripturis præallegatis,Et addi possunt aliæ Ezech. 20.recordabimini uiarꝫ uestrarꝫ & omniū scelerꝫ uestrorum etc.& benefatiam uobis.Ecce non sufficit mores in melius commutare,sed iubet scelerum recordari ultra hoc.Item, Apoca. 2.Memor esto unde excideris,& age pæniam, & prima opera fac. Ecce nō sufficit cessare

ſare a peccatis & mores in melius mu-tare. Item Pſal. Declina a malo & fac bonum. Ecce non ſufficit reſipiſcentia, ſed facere bonum iubet. Itē idem Pſalm: Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatū meum contra me eſt ſemper.

Si ſufficit ceſſare a peccatis, cur ſemꝑ peccatum cōtra ſe opponit Propheta?

Ad autoritatem Pauli allegatam in Chriſto, neq; circūciſio, neq; ꝑputium aliquid ualet, ſed noua creatura. Reſpondetur ꝙ intelligit ꝑ nouam creaturam regeneratum ꝑ Baptiſmū. Increpat aūt Apoſtol9 eos qui gentiles cōuerſus circumcidebant.

Quarto arguunt aduerſarii. Chriſtus adultere nullā ſatisfactionem iniunxit Ioan. 8. ſed duntaxat dixit, Vade & amplius noli peccare, ita & aliis dicebat, ergo ſufficit ceſſare a peccatis, nec opus eſt aliqua ſatisfactione.

Reſpondet, iſta forma abſoluendi nō eſt ad imitationem trahenda, ſed ſatisfactio imponenda eſt confitenti, ſcd'm culpæ exigentiam. Chriſtus aūt habuit poteſtatem excellentiæ in ſacramentis,

potuitq; sine exteriori satisfactione, tan-
te ptricionis gratiam huic peccatrici in-
fundere, ut ei sufficeret ad remissionem
culpæ & pœnæ. Et forte preuidit Dñs, q
mulier tam efficaciter emendatura fuit
uitam suam, ut non oportuerit ei specia-
lem satisfactionem imponere. Sacerdo-
tes autem audieñ confessionem hec nõ
habent. Ideo merito satisfactionem ali-
quã imponunt, arbitrariam tñ, ut pute,
considerata peccati grauitate, & psonæ
confitentes qualitate.

Ideo beatus Gre. in pastorali ca. 74.
dicit. Admonẽdi sunt qui peccata com-
missa deserunt, nec tñ plangunt, ne iam
relaxatas existimẽt culpas, quas etsi agẽ-
do nõn multiplicant, nullis tñ fletibus
mundant. Et probat triplici similitudi-
ne. Prima est de scriptore, qui postq̃ fal-
sum scripsit, non satis est ut sibi caueat,
ne iterum in futurũ falsum scribat, sed
etiam habet corrigere errata. Secunda
similitudo, de irrogante alteri iniurias,
contumelias, aut opprobria, qui nõ sa-
tisfacit leso per hoc solum, q nouas nõ
irrogat, sed & de iam illatis, oporter ut
satisfaciat. Tertia similitudo de debito-
re,

re,qui non absoluitur a priori debito. eo ꝙ non multiplicat alia debita, nisi etiam soluat illa quæ dudum contraxerat. Ita ad ꝓpositum, & quũ delinquimus, nequaꝗ satisfacimus, cessando ab iniquitate, nisi etiam peccata quæ dilex imus econtrario lamentis appositis insequamur. Hec Creg.

Iam ergo reor satis esse probatum, satisfactionem esse necessariam.

Vt auté maior cognitio hui9 pænitẽtiæ seu satisfactiõis habeaẗ. Prestat Canones aliquos enarrare, de duratiõe pænitétiæ, qui tamẽ Canones pro uarietate tépoꝝ multipliciter uariati sunt. Hoc tamé unum premittere uelim, saluberrimos Canones pænitétiales esse uetustissimos. Nam & Tertulliani téporib9 fuerũt, & Cipriani, qui satis ꝓpinqui fuerunt primitiuæ Ecclesiæ Apostolorũ, & ipsi in Ecclesia martyꝝ. Et quãto erãt ꝓpinquiores fontali origini salutis Euangelicæ, tanto Canones seniores erãt in corrigendis emendandisqꝫ peccatis.

Melanchton lib. quem intitulauit de locis cõmunib9 asserit Canones pænité

tiales primũ a Concilio Niceno posi-tos, At hoc ruinam patiṫ, cũ & Tertul-liani & Cipriani tẽporibus fuerint.

Recenseamus ergo ali-quos uetustissimos pænitentiarios Ca-nones.

Si quis hominẽ sponte occiderit, sep-tem annis pœniteat. Si dyaconum. 14. annis, Si presbiterum. 20 & uno annis.

Si quis hominẽ non sponte occide-rit, tribus annis pæniteat.

Si quod mẽbrũ principale alicui ab-stulerit, tribus annis & dimidio.

Sodomiticus, septẽ annis, Si cõsueuit 14. annis pæniteat.

Si per semetipsum duabus quadrage simis. Si consueuit, uno anno pæniteat.

Si quis adulteraṫ semel, quinq; annis pæniteat. Si sepius, decem annis.

Si quis monialẽ corruperit, septẽ an-nis, & de his uno foras ecclesiam, pæni-teat.

Si quis consanguineã, quinq; annis pæniteat.

Si quis diuinatores consulit, tribus annis.

Si qua

Si qua mulier partum necat, aut ex-
cũtit spõte, si iam uiuit tredecim annis
pæniteat & semper feria sexta ieiunet.

Si mater dormiens, puerũ oppresse-
rit, tribus annis pæniteat.

Si infans alicubi ceciderit & [illegible]bierit,
parens uno anno pa[illegible]

Et sic de a[illegible]

Vide rigorem ant[illegible]
Vide obedientiam [illegible]
onera suscipiebat, C[illegible]
sancta, ad nostra, stu[illegible]
mines sunt impacie[illegible]
satisfactionum, & o[illegible]
nõ uides iam satisfactiones temp[illegible] fuisse
in Eccesia? An non uides mille thesau-
ros indulgẽtiarũ nobis esse necessarios?

A temporibus Clementis Papæ ad
Innocentium primũ adhuc erant rigi-
diores Canones pænitentiales quã etiã
recensuimus, sed paulatim a. 700. an-
nis cæperunt languere.

Theodosius Imperator, tempore be-
ati Ambrosii, publicam egit pæniten-
tiam etc.

Tantum de Tribus parti-
bus Pænitentiæ.

Quintus Articulus de sacrificio sacratissime Misse.

Eretici hodierni temporis, uix alibi errant periculosius, uix alibi apercius conuincũtur Scismatis, q̃ dũ sacrum Officium [illegible] modis lacerant. Ita ut in eis compleatˀ illdˀ Isa. 6. Exceca cor populi huius. A Christo em̃ passio, annis. 1 7 3 7. nemo repertus est, qui negauerit uenerabilem Eucharistiam esse sacrificium in sacro officio Missæ. Ita uniuersa semp̄ tenuit Ecclesia per totũ orbem terrarum, tam in prudentibus q̃ in Fatuis uirginib9, tam in fidelibus q̃ in Hereticis & Scismaticis, Vna est Ecclesia, una columba, cũ qua Christus ꝓmisit se semp̄ mansurꝫ Matth. ult, Ecce ego uobiscum sum usqꝫ ad cõsumationem seculi.

seculi. Hec Ecclesia semper docuit Mis-
sam esse Sacrificium, esse opus bonum,
id quod negant Heretici, Prodesse de-
functis, quod & ipsi quoq; negant, Ergo
qui aliter docet, alienus est ab Ecclesia
Quapropter Apostolus. 1. Corin. 1. Hor-
tatur nos dicens. Obsecro uos fratres p
nomen Dñi nostri Iesu Christi ut idip-
sum dicatis omnes, & non sint in uobis
Scismata.

Sed hic obstrepunt aduersarii dicen-
tes Ecclesiam non eam esse, quæ uulgo
credatur, sed q sit tantū in spiritu & inui-
sibilis quia creditur. Et credunt semper a-
liquos Catholicos fuisse a Deo pseruа-
tos, qui Missam nō crediderunt esse Sa-
crificium, Et in his ac Lutheranis cōsti-
tuunt Ecclesiam Catholicam.

Nituntur ergo isti Ecclesiam facere Ma
thematicam, inuisibilem, quæ nullibi
sit, q̃ntus error? Nam licet unitas, uin-
culū Ecclesiæ sit spiritale, puta q omnes
unum sumus in Christo, q omnes su-
mus mēbra unius corporis Christi, qué-
admodū Christus Dñs pro unitate no-
stra rogauit Ioa. 17. Ideo non ppendū-
tur differentiæ corporeæ, sicut ad Gal. 3.

inquit Paulus. Quicúq; in Christo Iesu baptisati estis. Christum induistis etc. licet inq̈ hec omnia fiunt non nisi spiritu, quia qui spiritu Dei agunt, filii Dei sunt, tamen decipiunt Heretici putantes Ecclesiam tantum esse spiritualem. Non attendentes illud Matthei. 18. Si eos non audierit, dic Ecclesiæ, Si autem Ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publican9. Dicat Heretic9, quõ possumus dicere sue Ecclesiæ Mathematicæ? quõ possumus eam audire? nisi eam sensibilem ponat in sensibilib9 hominib9? Ex predictis ergo Christi uerbis patet inscicia Hereticorum, adhuc nescientium, in sensibili Ecclesia spiritale esse uinculum unitatis ac fidei, ac spiritalem seu Misticam membrorũ rationem, & sanctitatẽ Ecclesiæ. Deinde cur hi ecclesiam Catholicam in has uolunt contrahere angustias? Et si tam pauci erant aut sunt Christiani, qui dicũt Missam non esse Sacrificiũ, ubi illa stabit ꝓmissio Dei Abrahæ facta Geñ. 12. In semine tuo benedicent omnes tribus terræ, Quõ ergo dicunt pauculos dũtaxat esse Hereticos, negantes Missam esse sacrificium?

Dicunt

Dicunt Heretici, dicit ad He. 10. una oblatione Christus cõsummauit in eternum sanctificatos. Semel in Cruce oblatus est, amplius in Missa nõ offert, Et ita aufferunt omnia sacrificia ab Ecclesia Dei, Nos contra asserimus cũ matre nostra Ecclesia catholica esse in ecclesia dei sacram Eucharistiam in Missa, iuge & phenne sacrificium quod quottidie offert pro Ecclesia Dei, Et postea infra ad Pauli autoritatem respondebimus.

Probemus itaque uenerabile sacramentum Eucharistiæ esse sacrificiũ in Missa. Primo ex Veteri Testamento, deinde ex Nouo, Postea ex scripturis sanctorum patrum,

Ex Veteri Testamento id probat per sex scripturas. Prima scriptura Malachie. 1. Vbi dicit Dñs ad Iudeos. Non est mihi uoluntas in uobis dicit Dñs exercituũ, & munus nõ suscipiam de manu uestra, ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meũ in gentibus, & in omni loco sacrificat & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus.

Hec autoritas notabilis tam aduersus

Iudeos quam Hereticos, Tria hic dicit, Primo pdicit Propheta abiectionē Israelis, & cessationem sacrificioꝝ Veteris Legis. Secundo pdicit uocationē latitudinis gentiũ. Tertio pdicit oblationem noui & mundi sacrificii acceptam Deo in noua lege.

Nota aũt uerba, Dicit in omni loco, q̃si dicat Hec oblatio non coarbitꝰ intra terminos Iudeæ. Non intra angulos Hereticoꝝ, sed in omni loco per totũ orbem. Dicit quoq;, oblatio munda, quasi dicat, non sufficiunt orationes pro oblatione quæ habent muscas ægyptias admixtas. Aut imperfectē sunt, Munda inquit oblatio, non sicut sacrificia ueteris Legis, quæ mundare non poterant.

Quod si Lutherani dicerent, hãc oblationē mundã factã esse iam in ara crucis sicut Paulus dicit ad Hebre. 9. & 10. Respondetꝰ. Sed id excludit hic Propheta, dicens, Non in ara crucis dũtaxat offerendam oblationē mundã, sed in omni loco, a solis ortu ad occasum. Et ita non in sola monte Caluariæ. ubi Christus oblatus est semel.

Dicit

Dicit auté, In omi loco. Nota uocabulũ loco. Ergo non intelligit de oblatiõe mere spirituali, sed quod etiam sit corporea. Nam oblatio spiritalis (qualis est oratio) abstrahit a loco & tempore. queãdmodũ Christus Dñs dixit Ioh. 4. Venit hora quãdo neq; in mõte hoc, neq; Hierosolimis adorabitis patrem, sed ueri adoratores adorabunt in spiritu & ueritate.

Heretici, ut sunt Lubrici, dicerent, ꝙ hic in uerbis predictis. Propheta Malachias loquat᷑ de orationibus sanctoꝝ. & allegant btm̃ Hieronimũ, exponenté hec uerba Prophetæ, & dicenté ꝙ de orationib⁹ Propheta intellexerit. Nam Hieronimi uerba sunt. Vt sciant carnalibus uictimis, spiritales uictimas successuras, & nequaq̃ offerendum esse sanguiné Thauroꝝ & Hircorũ, sed Thimiama Hoc est, sanctoꝝ orationes Deo offerendas, hec Hieronimus. Dicũt ergo, ꝙ Hieronimus per oblationé mundam intellexerit orationes sanctoꝝ, & non sacrosanctam Eucharistiam.

Respondet᷑. Iam diximus, quod spiritales uictimæ (qualis est oratio) abstra

hant a loco & tempore. Neq; esset oblatio una munda, ut diximus. Ad Hieronimū respondet, q septuaginta interpretes duo hic posuerunt, Vbi sc; nos habemus, oblatio munda, sc; Thimiama, & sacrificiū, seu thysia. Hieronim9 ergo, thimiama refert ad orationes sanctorum Deo offerendas. Sed quod sequit de thysia, nequaq̄ refert ad oratiões sanctorum. sed ad sacrifitium Ecclesiæ. Dicit em̄ sic beat9 Hieronim9. Nō in una orbis puintia Iudea. Nec in una urbe Hierusalem. sed in omni loco offerri oblationē. nequaq̄ immūdā, ut a populo Israel, sed mundā. ut in Ceremonijs Christianorum.

Ecce uides Hieronimū, oblationem mundā non referre ad orationes sanctorum, quia oblationē mundam gentiū, opponit oblationi immūdæ Iudeorū, quod in orationibus facere nō potuit, cū etiam patres sinceriter orauerint in nature & ueteri lege. ut Abraham, Isaac Iacob, Moses Dauid etc. Item illā oblationē mundā, dicit Hieronim9 offerri in cæremoniis Christianorum. Qui autē adorāt in spiritu & ueritate, nullis egēt cæremo-

cæremoniis ad orationes faciendas. Hieronimus igitur hic hereticis non suffragatur.

Secūdo, ex Veteris Testamenti scriptura probemus idē. s. qđ uenerandū sacramentū Eucaristiæ sit in missa sacrifitium. Leui. 21. dicit̄ Panes Dei sui offerunt. Et ideo sancti erunt. Hebraica ueritas habet. Carnem Dei sui offerent, & sancti erunt.

Et paulo post. Et sanctificabis eum, quoniā carnem Dei tui ipse sacrificans. Sanctus erit tibi, quoniā sanct9 Dn̄s sanctificans uos.

Et iterū. Numeri. 28. Vbi nos legim9 Dixit Dn̄s ad Moisen, Precipe filiis Israel, & dices ad eos, Oblationē meā, & panes, & incensum odoris suauissimi offerte per tēpora sua. Hebræa sic habet. Sacrificiū meū caro mea, aut aliter, oblationē meā panis mei, ad ignes odoris suauitatis meæ custodietis ad offerēdū mihi in tempore suo.

Causa uariationis hui9 in his locis est cur uidelicet, ponat̄ caro, uel panis. qa ibi ponitur dictio Hebrea quæ quādoq; significat om̄e comestibile. q̄nq; panem

Q solū.

solum, quandoq; carnem.

Hic cernere potes, quod non locut⁹ sit hic Dñs de sacrificio Veteris Legis, sed de sacrificio nostri tẽporis Noue Legis, q̃ uidelicet caro dñi Dei nostri offerri debuerit. Et hoc fit in sacratissima missa. Et ita exponũt nõ modo nostri doctores, sed etiã Hebraici. Qualis erat unus ex eis Rabbi pinhas, qui dicit, q̃ tẽpore Messiæ, om̃ia sacrificia cessabũt, sed sacrifitiũ panis & uini nunq̃ cessabit. Nã Melchizedech rex Salem, protulit panẽ & uinũ. Gen̄. 14. Et Messiah est sacerdos in æternũ secundũ ordinẽ Melchizedech, ut dicit Psal.

Tertio ex Veteri Testamento idem ꝓbat̃ Rabbi Chahana sup illud Gen̄. ca. 49. Ligans ad Vineam pullũ suũ, & ad uitem o fili mi Asinam suam, dicit, Sacrificium (nota, sacrificium) quod fit ex Vino, non solum transmutabit̃ in substantiã sanguinis Messiæ, sed etiam conuertetur in substantiam corporis eius. Verba aũt illa, & ad uitem seu palmitẽ o fili mi Asinam suam, significãt, quod diuinitas & Dei filius unietur Asino, id est materiæ suæ, Hec ille, & multa ibidẽ

ad

ad nostrum ꝓpositum, uidere facile potes ex hoc Rabbi, ꝙ sacrificium in noua Lege debuerit fore ex corpore & sanguine Domini.

Quarto ꝓbatur idem ex Veteri Testamento Exodi. 27, Et pones sup̄ mensam panes ꝓpositionis in cōspectu meo semper. Hebræus habet sic, & dabis sup̄ mensam panes facierum coram me semper.

Cur dicant̃ panes facierum, explicat Rabbi Iudas, dicens, quia transmutabitur ex substantia panis cum sacrificabit̃ in substantiam corporis Messiæ, & ipse idem erit sacrificium. Panis facierum dicitur quia in ipso sacrificio, erunt due substantiæ humanitas & diuinitas.

Ecce hic etiam Hebraicus Doctor dicit. Cū sacrificabit̃, Hic aūt Doctor erat ante Christum incarnatum.

Vltimo licet referre uerba prisci Doctoris quē Iudei Rabbenu Haccados .i. Magistrum nostrum sanctum, appellāt, qui narrat se ita a Rabbi Simeone filio Iohai scriptum reperisse, Quod cum semel idem Rabbi Simeon in Spelunca duplici orans, uidisset Heliam sibi apparentem, & se tanq̄ summū Pontificem

 induens

induentem, rem sacram facientem, atq; ideo omnes letantes, interrogauit ipm dicens. Sacrū illud quod faciebatis coram Deo sancto & benedicto quid nam erat? Respondit ei Helias. Hoc est sacrificium, quod postq̄ uenerit Messias facient Sacerdotes coram Deo sancto & benedicto. Tūc enim cessabunt omnia sacra quæ prius fiebant, facient aūt sacrificium illud ex Pane & Vino. Et infra. Tunc Deus misericordia implebitur, & uirtute ingenti sanctorū uerborꝝ quæ ab ore Sacerdotum manabunt, illd & omne sacrificium, quod in unaq̄q; ara celebrabit, in corpus Messiæ conuertetur.

Ex his patet, quō illi Rabbini adhuc sub figurarum inuolucris uiuentes, plus tribuerunt sacrifitio Ecclesiæ, quā hi aduersarii contra quos pugnamus.

Quinto ex Veteri Testamento idem ꝓbat, Dicitur Danielis. 12. & sunt uerba Angeli, Vade Daniel, quia clausi sunt signatiq; Sermones, usq; ad tempus prefinitū, eligent & dealbabuntur, & quasi ignis ꝓbabuntur multi, & impie agent impii, neq; intelligēt omnes impii. Porro docti intelligent, Et a tempore cū ablatum

latum fuerit iuge sacrificium,& posita fuerit abominatio in desolationem,dies.1290.

In his uerbis non loquit̃ hic de cessatione iugis sacrificii Iudaici in aduentu Messiæ,de illi9 enim aduentu ait in ca.9.ibi.Septuaginta hebdomades etc.ubi infert,Deficiet hostia & sacrificium etc. & pseuerabit desolatio ad consumationem & finem, Ideo hic loquit̃,secundũ Hieronymũ de aduentu Antichristi,& ꝙ tempore regiminis sui,cessabit iuge sacrificium, quod non est aliud, nisi sacrum officium Missæ,in quo quottidie offert̃ pro salute fidelium,Nam cũ dicit ꝙ tribus annis cũ dimidio etc.hec breuitas temporis satis indicat eũ non loqui de cessatione iugis sacrificii Iudeorum,cui9 desolationem predixerat perseueraturam usq; ad consumationem mundi.

Illud idem ꝓbatur ex alio, qm̃ idem est temp9 p̃dictum hic a Daniele ca.12. & a Christo apud Matth.24. Nam Daniel inquit ab initio ca.Et ueniet tempus,quale non fuit ab eo,ex quo gentes esse cæperunt usq; ad tempus istud.Glo-

sa interliniaris, id est. Antichristi. Salua-tor similiter inquit ibidem, Erit tūc tri-bulatio magna, qualis non fuit ab ini-tio mundi usq; modo, neq; fiet.

Sensus ergo uerborum apud Danie-lem est. Vade Daniel, clausi sunt sermo-nes isti multis obscuritatibus inuoluti, & non intellecti. Electi purgabunt, & p-babunt psecutionibus, tribulationibus, & temtationib9 ita ut in errorem indu-cant, si fieri potest, etiam electi. Et tunc aufferet iuge sacrificium dies. 1290.

Dicat itaq; Hereticus, Tempore Anti-christi cessabit iuge sacrificiū. Quod est illud, nisi sacrum officium Missæ? Nō potest dicere q̧ orationes intelligantur. Nam uiri iusti & zelosi adeo tunc non cessabunt ab orationibus, ut etiam tūc oraturi sint ardentius, deuotius, & instā tius, quanto magis uidebunt Ecclesiam afflictam.

Ex his sequit, q̧ omnes illi sunt p̄cur-sores Antichristi, qui laborant Missæ sa-crificium extinguere, sicut prochdolor uidem9 fieri in multis locis Cermaniæ. Et p̄ter hec, Nudant Altaria ornamētis, Ecclesias imaginibus, cæreis, & cæremo-

niis

niis, extinguunt sacerdotia, tollũt Ritus Ecclesiæ, officia diuina, Vigilias, Cant9, p̃cursores Antichristi. Accedũt ad sacratissimum corpus Christi, non Contriti, non Confessi, non ieiuni, sine timore Dei. sine reuerentia, sine deuotione, Laici sacram Hostiã attingunt, Sub utraq; spetiæ cõmunicant. Sacro sanguine uestes proluunt accepto Calice in manus, Eucharistiæ ad infirmos delatæ, nullã reuerentiam exhibent. In Loculis & Peris Laici portant. Et alia horrenda faciunt.

Hieronim9 testat̃ Methodiũ sanctũ martirẽ Tyri olim Episcopũ hec p̃dixisse. Dicit em̃. Et tollet̃ honor a sacerdotibus, & supprimet̃ ministeriũ Dei, & q̃escet om̃e sacrifitiũ ab Ecclesiis, & erunt sacerdotes sicut & populus.

1. Chor. 11. Dicit btũs Apostolus. Si quis mãducat & bibit indigne, iuditiũ sibi manducat & bibit. Et reus erit corporis & sanguinis Dñi. Esse autẽ reum corporis Dñi, est grauissimũ peccatum, quomodo ergo sup tales nõ irascet̃ domin9? & quãto magis irascet̃ super tot blasphemiis, quæ a Germanis cõmittũtur

tur in uenerabilem Eucaristiam?

Sexta probatio hui9 ex Veteri Testaméto. Dicit Psal. 71. Erit firmamentum in terra, in summis montiũ, superextolleť super Libanũ fructus ei9, & florebũt de ciuitate sicut fænum terræ.

Ita. 70. transtulerunt. Hieronim9 sic legit secũdũ Hebraicã ueritaté. Erit memorabile triticũ in terra in capite mõtium, eleuabiť sicut Libani fructus eius, Alij hebræi interp̃tanť. Erit placéta frumenti etc.

Psalm9 iste in quo hec uerba ponuntur est de Messia, etiã secundũ hebræos, Non em̃ potest intelligi de Salomone, quũ ibi nõnulla ponanť, quæ Salomoni cõuenire nõ possunt. ut illud. Et permanebit cum Sole & ante Luná etc.

In capite ergo montiũ est placéta tritici, quando Christus in Eucharistia sub specie panis tritici cõtent9, super capita sacerdotũ eleuať, ut a populo adoreť.

Rabbi Ionathas exponés hũc Psalmũ & hec uerba dicit. Videat q habet oculos, ꝙ ille est Messias, de quo loquiť totus Psalm9. Cũ ergo ait, Et erit placenta frumenti in terra in capite mõtiũ. Vult dicere,

dicere, ꝙ placenta panis fiet sacrifitium in capitibus Sacerdotū. Ecce dicit sacrificium.

Posset addi Septima ꝓbatio, ex illo Psalmi. Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Ex his uerbis patet ꝙ Christus Dn̄s debuit offerri sub speciæ panis & Vini, Nam Melchizedech obtulit panem & Vinum, in Cruce aūt Dn̄s se non obtulit sub speciæ Panis & Vini, sed in nouissima cæna, ut dicet.

Obmissis pluribus, quæ ex Veteri Testamēto pro hac sententia adduci possint, ꝓperemus ad Nouum Testamentum, quia hoc est sacrificium Noui Testamenti, Ex Nouo ergo Testamento ꝓbem⁹ sacram Eucharistiam in Missa offerri, & esse oblationem.

Prima ꝓbatio, Agnus Paschalis figurabat Christum, Sicut dixit Baptista, Ecce Agnus dei. Omnia aūt in figura contingebant illis. 1. Corinth. 10. Modo in agno Tipico duo fiebant, Nam primo ĩmolabatur ut dicit Exodi. 12. immolabit eū uniuersa multitudo filioꝝ Israel, deinde edebat. Ergo, ut figura correspō

deat ueritati, agnus noster uerus Christus Dñs, agnus inq̃ Misticus, primo immolatur in sacrificio Missæ, deinde manducatur.

Quod si dixerit aduersarius ꝙ immolatio loquaẽ de Hædo, non de agno. Nam Exod. 12. dicitur. Iuxta quẽ ritum tolletis & Hædum, & seruabitis eũ usqꝫ ad q̃rtumdecimũ diem mensis huius, Immolabitqꝫ eũ uniuersa mľtitudo ꝛc.

Respondeẽ, ꝙ Hædus cum sit ex Capris & hædus q̃si fœdus, tanto sacrificio agni imaculati non cõueniebat (licet ꝓ peccatis, ad significandũ peccatoꝝ fœditatem, etiam hædi accipianẽ. 2. Esdr. 7.) tamen consequẽtia Textus, simul de immolatione loquens & esu agni, satis ostendit utrumqꝫ debere referri ad agnũ Paschalem. Porro Hebraica ueritas non sic habet, neqꝫ. 70. interpretes. Nam sic habet Textus, de Ouinis & Caprinis accipietis, hoc est, ex grege ubi simul pascuntur Capræ & Oues. Ergo ab agnis & ab hædis accipietis scz agnum.

Secunda ꝓbatio, ex sacro Euangelio Lucæ ubi diciẽ, Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens, Hoc est

corpus

corpus meum qđ pro uobis dat̃,Hoc fa
cite in meam cōmemorationem. Simi-
liter & Calicem postq̃ cænauit dicens.
Hic est Calix Nouum Testamentum in
sanguine meo,qui pro uobis fundetur.
Similiter scribit̃ apud Matth.& Mar.&
Paulus ad Corinthios.

Hec facta sunt in cæna nouissima Dñi,
Vbi dum Christꝰ in agno Paschali quē
manducabat cū Discipulis iuxta ritum
Iudeorꝝ,seipsum figuraliter obtulisset,
finem imposuit umbratili Iudeorꝝ sa-
cerdotio,simul & sacrificio.Et mox fini
ta cæna instituit nouū sacerdotium &
nouū sacrificium Euangelicum in pa-
ne & uino.

Quod si Heretici negauerint,instetur
contra eos sic.Misteria corporis & sang-
uinis ad Testamentum Christi ꝑtinent,
testamentū autem inuoluit mortem te-
statoris ad Hebr.10. Nam ubi testamen
tum est,mors necesse est intercedat testa
toris testamentum cm̃ in mortuis con-
firmatum est, alioquin nondū ualet dū
uiuit,qui testatus est. Quia ergo institu-
tio Eucharistiæ ad testamentū Christi ꝑ
tinet ut diximꝰ. Testamentū aūt inuol-

uit

uit mortem testatoris. Mors Christi fuit sacrificium (quia oblat⁹ est, quia ipse uoluit) pro peccatis nostris oblatũ, ergo testamentũ & hanc oblationem inuoluit. Ideo cum Discipulis præcepit. Hoc facite in meá commemorationem, uoluit fieri sacrificii iugem memoriam & reiterationem in Ecclesia, usq; ad consumationem seculi.

Et quasi diceret, Hactenus in Veteri Testamento fecistis multa sacrifitia, & precipue singulis annis sacrifitiũ Agni Paschalis. At ego sum dator Noui Testamenti, ideo iá institui sacrifitiũ omniũ ueterũ impletiuũ, hoc a modo facite in meá, id est in passionis meæ cómemorationé. Hoc inq̃ facite. Accipite, gratias agite, consecrate, frágite, sumite, date, offerte. In memoriá passionis meæ. Passio enĩ mea, qua ꝑ uobis corpus meum dať, tránsibit in præteritũ, & ideo in memoriá tanti beneficii, facite hoc sacrifitium,

Hic nota, ꝙ hi admodũ desipiunt, q credunt missam esse memoriá & recordationé cœnæ Dñicæ, quales sunt Lutheriani. Ná parum esset nobis inculca

re

re hāc rationē cœnæ. Parumq; ex ea affi ceremur deuotiōe & charitate. Sed memoriā nos habere uoluit passiōis, mortis & oblationis suæ, in quibus ardentissimā in nos testatus est charitatem, qua nemo maiorem habere potest Ioh. 15. Quod patet tum ex uerbis Christi, tum ex uerbis Pauli Apost. Ex uerbis Christi, Nā Christ9 uerbis amorosissimis, illud adieci Matth. 26. Lu. 22. quod pro uobis daẗ. s. in oblatiōe Crucis. Similiter de p̄cioso sanguine adiecit, qui ꝑ multis effundeẗ apud Math. & Marcū. Causa ergo motiua, ut hoc faciatis in meā recordationem, est, quia corpus meum ꝑ uobis dabiẗ in sacrificium, & sanguis meus pro uobis fundeẗ in noui & eterni testamenti confirmationem.

Ex uerbis quoq; Apostoli. 1. Cori. 11. Quocienscunq; eñ manducabitis panē hūc, & Calicem bibetis, mortem Domi annunciabitis donec ueniat. s. ad iuditium.

Vide quid dicat, Mortem Dñi annūciabitis, Non dicit cænam, ut omnibus constet Missam non esse institutam in memoriam cænæ dñicæ, sed passionis

&

& mortis Domini, ac oblatiōis in Cruce factæ.

Tertia ꝓbatio ex Nouo Testamento, Missam esse sacrificium, Ad Hebre. 13. dicit Apostol9. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo. i. Synagogæ deseruiunt.

Hic Apostolus loquit̃ de Christo, & testat̃ in Ecclesia esse altare, & ita sacrifitium. In Greco habet̃. Habemus sacrificatorium. Et similiter in Hebreo habetur, Sebach. i. sacrificatorium. Si ergo habem9 altare & sacrificatoriū, quid in altari sacrificabitur, nisi corpus & sanguis Domini?

Semꝑ ueri cultores Dei habuerūt sacrificia, quibus Deum honorarūt, Semper hec tria currebant simul, Lex, Sacerdotiū, sacrificium. Ergo & in noua lege hec habent̃, Nec potest esse lex perfecta, quæ nullam habet oblationem assiduam & iugem, Alioquin dignior esset lex Vetus, q̃ Noua, si hec sacrificium iuge non haberet, quod illa. s. uet9 habebat.

Quarta ꝓbatio, Apostol9 ad Hebr. 5. Omnis Pontifex ex hominib9 assumptus, pro hominib9 cōstituit̃, in his quæ sunt

sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia p peccatis. Ecce si est sacerdotiũ in Ecclesia, necesse est & officia sacerdotalia esse in Ecclesia, scz offerre dona & sacrificia p peccatis suis & populi.

Probemus iam idem ex dictis sctõꝝ & ex Canone sacro, scz Missam esse sacrificium.

Missa ortum habet a Christo, Ritus aũt cælebrandæ Missæ ex traditione Apostolorum ut dicit Dioni.ca.3.de Ecclesiastica Hier. Licet ille modus auctior fact9 sit semp in Primitiua Ecclesia tempore martiꝝ.

Hugo lib.2.de Sacramentis, ex Veterum autoritate asserit, Missam quæ fit in cõmemorationem passionis Christi, beatum Petrum Apostolum primum omnium Antiochiæ cælebrasse.

Idem dicit Isidorus de origine officiorum, Ordo inquit Missæ, quib9 oblata Deo sacrificia consecrantur, primo a sancto Petro est institutus etc.

Iacobus Hierosolimis primus, Marc9 Alexandriæ, celebrarũt Missam.

Basilius magnus scripsit ꝙ Canonis maior pars ab Apostolis emanauerit.

In

In quo Canone ponit. Hanc igit oblationem etc. Et sequit, Quam oblationem Deus in omnibus que sumus benedictam, ascriptã, ratam, rationabilẽ acceptabilemq; facere digneris. Et infra offerimus preclare maiestati tuæ etc. Vides hic semper dici oblationem, Offerimus etc.

At dicẽt heretici, quid tu Canonẽ nobis obijcis, quẽ nos dudũ eiecimus? Respondet. Ex hoc ostenditis uos esse hereticos, Canonẽ em̃ istũ uetustissimũ, ab Apostolis iniciatũ, a pontificibus martirib9 auctũ, a Gelasio Papa ante mille annos, in hãc ferme formã, in qua nũc est redactũ, a tota Ecclesia susceptũ, uos ꝓpria temeritate respuitis. Cũ tamen beatus Augustin9 in Epistola ad Hieronimũ dicat. Cõtra Ecclesiæ fundatissimũ morẽ nemo senciat. Similiter idem de cõsuetudine Ecclesiæ orandi pro mortuis inquit. Si nulla esset autoritas scripturæ sacræ, quæ doceret orare ꝑ defunctis, tanta est autoritas Ecclesiæ & consuetudinis eius obseruatæ, ut nemo illam insequens possit errare.

Audiat & Grecus Canõ. Sacerdos sacris

cris indutus orat. Dñe Deus noster, da nobis auxiliũ, ut perficiam⁹ eũ timore, diuinũ hoc & expauescẽdũ sacrificium Nota sacrifitium.

Audiant & Historiæ. Si credimus historijs Gentiliũ, cur non magis Christianorum.

Proconsul Egeas dixit beato Andree Apostolo, Hæc uana tuis narra, & mihi obtẽpera, ac diis oĩnipotẽtib⁹ sacrifica, Respondit Andreas, Omnipotẽti Deo quotidie agnũ immaculatũ offero, qui postq̃ a toto populo comestus fuerit, uiuus ac integer perseuerat. Ecce beatus Andreas dicit, offero.

Sanct⁹ Laurẽti⁹ ad Sixtũ dixit, Quo ꝑgrederis sine filio pater, quo Sacerdos sancte sine Dyacono ꝑperas, tu nunq̃ sine ministro sacrifitiũ offerre ꝯsueueras .s. in missa. Itẽ beat⁹ Dionisius Ariopagita Apostoloꝝ discipul⁹, ubiq; sacrifitium facit ex missa, imo totã formulã missandi tempore Apostoloꝝ ꝑscribit, Capite eñ tertio dicit, Ferme nõ reperiri sacerdotalis muneris mysteriũ peragi, quod non cõpleat in cõsumatiõe diuinissime Eucharistiæ ad unã perficiente sacrifitio collectionẽ. R. San-

Sanctus Ignatius martyr, Apostolorum discipulus in Epistola ad Smyrnenses, cuius & btūs Hieronimus meminit, sic dicit. Oēs Episcopū sequimini, sicut Christus Ihesus patrem. Presbiteros sicut Apostolos, Diaconos autē uencremini sicut Dei mādato ministrātes. Nemo preter Epm̄ aliquid agat eorum, quæ ad Ecclesiā ptinent. Firma Eucharistia reputeť. quæ ab Epo ɔcessa fuerit. Vbi Eps p̃sens fuerit, illuc & plebs congregeť. Propterea non licet sine Epo neq; offerre, neq; sacrifitiū immolare neq; missas cælebrare. Audis hic dici offerre, immolare. Hoc expressius facit Epistola prima ad Trallianos.

Hec omnia negant Lutherani, Immo dicūt ultra hec, Episcopum non esse superiorem Sacerdote, Et tollunt externū sacerdotium, diceñ omnes Catholicos ex equo esse sacerdotes, & ita aufferunt ordinis sacramentum.

Sed si omnes Christiani sunt Sacerdotes, sequiť ꝙ sacerdotium ueteris Testamenti erat nobilius quam sacerdotium Noui Testamenti, ꝓbatur sequela, Nam quæ a turba secreta sunt, & pauci-

oribus

oribus communicata,sunt digniora.Et quia in Veteri Lege,non omnes passim homines erant Sacerdotes,sed secerne-bantur nōnulli ex turba hominū,Ergo scd'm Hereticos,nobilius erat uetus sa-cerdotium nouo, Quod quis auderet dicere?

Preterea q̄ nō omnes Christiani sint sacerdotes.Patet p̄ beatū Paulum Apo-stolum.1.Timo.7.ubi dicit,Nemini ci-to manus imponas. Ecce Apostol9 do-cet non omnes passim ad gradus eccle-siasticos assumendos.

Quod si Hereticus instet,p̄bando om nes Christianos esse sacerdotes,p̄ illud 1.Petri.2. Vos genus electum Regale sacerdotium.

Respondet,hec uerba accepit Beatus Petrus ex scriptura ueteris Testamenti, Exod.19. Et hic Text9 Hereticos cōuin-cit,Nam ad uniuersum populū in uete-ri Lege hec uerba dicta erant scz regnū sacerdotale uos estis etc,Constat autem amentis esse,intelligere uniuersum po-pulum Israel fuisse Reges & sacerdotes. Ita & in nouo Testamento amentium est dicere omnes Christianos esse Reges

& sacerdotes, ut Heretici intelligant.

Sed hec & tunc dicta scz in Veteri Lege, & nunc in noua Lege a beato Petro dicunt ut significet utraq; dignitas collata populo, Nō ut singulis, sed ut uniuersis, Hoc est, q esset in uniuersitate & dignitas sacerdocii, & dignitas regalis.

Preterea omnes fideles dicunt & Reges & sacerdotes, sacerdotio interno, nō externo. Reges similiter dicūtur, seipsos ratione regendo. Passiones & uicia superando. Sacerdotes dicunt, offerendo Dño hostiam laudis, sacrifitium orōnis munera Elemosinarum, et cætera spiritualia exercitia uirtuosaq; opera, Et hoc est sacerdotium internum.

Sed ad propositum redeamus probando adhuc ex priscis Doctoribus Missam esse Sacrifitium.

Origenes Home, 5. sup Leuit. dicit. Sepe ostendim9 ex diuinis scripturis Christum esse & hostiam, quæ p peccatis mūdi offertur & sacerdotem qui offert hostiam.

Et idem adhuc clari9 in libro primo super Iob. uide ibi.

Chrisosto. sup. 9. ca. ad Hebreos dicit, Ipse

Ipse ergo & sacrifitium & sacerdos, & hostia. Si enim hoc non esset, multa etiam oportebat sacrifitia offerri, sepius oportebat crucifigi, Et infra, Quid ergo nos, nonne p singulos dies offerimus? Offerimus equidem sed ad recordationem facientes mortis eius & una est hostia, & non multæ. Hec ille. Ecce dicit Offerimus.

Augusti .lib. 10. de Ciuitate Dei cap. 20. Per hoc & Sacerdos est ipe offerens, ipse & oblatio.

Cui9 rei Sacramētū quotidianū esse uoluit sacrifitiū. Vide q dicat sacrifitiū.

Et in aliis sexcentis locis August. ad hanc sententiam.

Idem Tertullianus libro de Exhortatiōe castitatis.

Hireneus qui uidit Policarpū Discipulū beati Iohannis Apostoli, dicit exponens illa uerba. Accepto pane, gratias egit dicens, Hoc est corpus meum, & calicē similiter etc. Dicit Hireneus, Noui Testamenti sanguinē suū cōfessus est, Nouam docēs oblationē, quā Ecclesia ab Apostolis accipiens, in uniuerso mūdo offert. Hec ille. Quid clarius his

uerbis pro nostro ꝓposito.

Ex his omnib⁹ liquido patet Eucharistiam esse oblationē, Possent multi alii adduci Doctores, Sed breuitati studendum est.

Iā ratiōes Hereticoꝝ sunt soluendæ, quib⁹ nituntur probare oppositum.

Primo arguūt sic, Dicit Apostol⁹ ad Hæbreos decimo. Christus una oblatione cōsumauit in æternum sanctificatos, Et in eadē Epistola cap. 9. Christus inquit per ꝓpriū sanguinē introiuit semel in sancta. Et cap. 10. In qua uolūtate sanctificati sumus per oblationem corporis Ihesu Christi semel. Ex his uerbis patet ꝙ Christus semel tantū oblat⁹ sit, & una suiipsius oblatiōe uniuersum genus hūanū redemerit, Ideo nō poterit rursus quotidie offerri in Missa.

Respondet, isti aduersarii nostri uerba Pauli lacerant, & per ignorantiam equiuoci in hunc insanum errorem impellunt. Nam duplex est oblatio Christi, ut ad ꝓpositum spectat. Vna est corporea & realis in corpore mortali, passibili, qua Christus in ꝓpria ꝑsona moriendo

riendo se obtulit Deo patri in redemp-
tionem generis humani, ubi tanq̄ ho-
stia pacifica omnia p sanguinem suum
pacificauit, quæ in cœlo sunt & in terra
Colo.1. Alia est oblatio Christi, sacra-
mentalis in misterio, qua Christus offer
tur a sua sponsa Ecclesia Deo patri, nō
per acerbitatem mortis, sicut in Cruce,
nec solum per deuotam & iugem medi-
tationem, sed & per solennē represēnta-
tionem eiusdem ueri corporis Christi
& sanguinis eius sub uelo uenerabilis
sacramenti Eucharistiæ.

Dicimus ergo uere Christū semel dū-
taxat immolatū, ut uictimā in Ara Cru
cis, nec unq̄ deinceps ab aliquo sic im-
molandū, qa Christus resurgens a mor
tuis iam amplius nō morit̃ ad Roma.
6. Sic Christus semel oblatus est ꝓ pec-
catis multoꝝ, ad Hebre.9. Sic una ob-
latione cōsumauit in sempiternū san-
ctificatos ad Hebre. 10. Sic oblatus est
quia ipse uoluit. Isa, 73. Tamen illo nō
obstante, tanq̄ oblatio mūda quotidie
offert̃ Deo a tota Ecclesia sub Sacramē-
to. Et ita idem Christus, idem sacrifici-
um. Sed alter modꝰ offerēdi. Ponit cau

 sam

ſam Euſebius, ut iugiter coleret per my ſteriũ, quod ſemel offerebat in precium Et ſicut quotidiana & aſſidua currit ré= demptio pro omniũ ſalute, ſic etiã per= petua eſſet redemptiõis oblatio, & per= hénis illa uictima uiueret in memoria & ſemper pſens eſſet in gr̃a. Nã ſic Chri= ſtus manet in æternũ ſecũdũ ordinem Melchizedech. Fallũtur ergo Heretici & fallunt, dũ torquẽt Paulũ loquenté, de immolatiõe moriẽtis in Cruce, tor= quẽt inquã contra immolationẽ myſti cam in Miſſa.

Secundo Arguũt, & ſic quoq; arguit Zuuinglius Hereticus. Idem eſt offerri & mori, Et ꝓbat, quia non aliud mori= endo aliud offerendo actum eſt in Crũ ce, Si ergo in Miſſa offertis Chriſtum, rurſum ipſum facitis mori, rurſum oc= ciditis & crucifigitis ipſum.

Reſpondet. Hoc Argumentũ eſt aſſi= duum in ore Laicorum Lutheranæ Sé= ctæ. Dicimus ergo non idem eſſe offer= ri & mori, ſed quia Chriſtus Dñs mori= endo obtulit ſe patri, potuiſſet eñ mori ſe non offerendo.

Non eſt ergo idem Offerri & Mori, Nam

Nam oblatio ꝓmptam uoluntatem secum affert, mors aũt passionem, siue sit uoluntaria siue inuita. Item non est idẽ offerri & mori. Nam & in Veteri Lege nonnulla offerebantᷣ, quæ tñ nõ moriebantᷣ sicut patet de Simila & Panibus, qui offerebantᷣ Exod. 29. Num. 7. Leuit. 2. & 6. & tamen panes non moriebantᷣ. Mendatiũ igitᷣ est merum, dicere idem esse offerri & mori, Mentitᷣ ergo Zuuinglius, nec ꝓbat omne offerri Christi esse mori, quod ꝓbare deberet, ideo est fallatia accidentis. Offert ergo Ecclesia Christum Dñm, non tamen facit eum mori in Missa.

Dices. Quare etiam Apostolus in Epistola ad Hebreos non meminit huius oblationis in Missa? sed tantum facit mentionem oblationis qua se in Cruce obtulit?

Respondetᷣ, Omnis cura fuit Apostolis iaciendi fundamenta & principia fidei. Ideo omni conatu agit Paulus cũ Iudeis ut credant Ihesum esse Messiam in Lege ꝓmissum, filium Dei, & saluatorem mundi. Ideo de aliis se intromittere tunc temporis noluit.

S Tertio

Tertio arguunt, q̄ sacra Eucharistia non sit sacrifitium Missæ. Missa est illa quæ proxime accedit ad institutũ Christi. Sed Christus nec uerbo, nec facto in cœna ultima sacrificauit. Non ẽm obtulit Deo panẽ & uinũ, sed tantũ consecrando dedit discipulis ad manducandũ. Ergo neq; nũc in Missa debet sacrificari.

Respondet, falsum assumũt dicẽtes, q̄ Christus in ultima cœna se non obtulisset sub specie panis & uini Deo patri. Nã Christus dñs ter se obtulit. Primo in Agno Paschali figuraliter. Secũdo in pane & uino sacramentaliter. Vbi hoc nouũ sacrificiũ & Sacerdotiũ instituit, ut dictũ est. Ritus iste fuit secũdũ ordinẽ Melchizedech. Tertio obtulit se in Cruce.

De hoc autẽ, q̄ se sub specie panis & uini obtulerit in Cœna, canit Ecclesia, ꝑ festo corporis Christi. Sacerdos in eternũ Christ9 Dñs, secũdũ ordinẽ Melchizedech, panẽ & uinũ obtulit. Nã q̄ cõsecrauit, oculos in cœlum leuauit, benedixit, gratias ægit, Hec oĩa sunt signa oblationis. Nã sic quoq; sacerdos Le

galis

galis ꝓ sacrificio, eleuabat fasciculũ spicaꝝ corã Dño, ut sit acceptabile Exodi. 29. etcet.

Quod si adhuc ꝓteruus ultra dixerit ꝙ Christ⁹ nõ expresserit dicẽdo, offerimus tibi uel offero tibi pater, uel suscipe hãc oblationẽ etc.. Cur ergo uos in Missa dicitis offerimus &cet.

Respondeť, Non oportet, ut Christũ Dñm in oĩb⁹ circũstãtiis & ritib⁹ huius Sacramẽti sequamur. Alioquin nõ liceret dicere missam, nisi. 12. presentibus. Sicut. 12. erãt Apostoli in Cœna. Nec nisi Vesperi sicut Christus Vesperi cænauit, Nec nisi post cænã aut inter cænandũ, & preuio agno Paschali. Nam imitatio Christi non consistit in ritibus principaliter, sed in operibus perfectionis. Ergo licet non sit scriptum ꝙ Christus dixerit offero tibi pater etc, obtulit tamen, & Ecclesia illum in hoc opere ꝑfectionis sequitur.

Quarto arguunt. Idem simul recipi & offerri non potest, nec ab eodem simul dari & accipi. Quõ ergo Sacerdos potest dici offerre Eucharistiam, quam ipse totam sumit? Est eñ natura sacri-

ficii, ut totum Deo offeratur, & nihil hominib⁹ relinquatur. Cur ergo Sacerdotes Panem & Vinum totum commedunt, nihil Deo relinquentes?

Respondetur. Hoc Argumentū est merum Sophisma, Non enī repugnant offerre & sumere, quod patet in sacrificiis Veteris Legis, Nam quod Deo offerebatur comedebant Sacerdotes offerentes, Non aūt Deus. Nam Leui, 7. Vbi describitur Lex sacrificii ꝓ delicto dicitur, omīs Masculus de sacerdotali genere in loco sancto uescetur his carnibus, quia sanctū sanctoꝝ est, Idem patet de Simila etc, Et ita potest idem sumi & offerri.

Quinto arguunt, Missa est Testamentū Christi sicut ipse dixit. Hic Calix nouū testamentum est in meo sanguine, ergo non potest esse sacrificium.

Respondetur. Missa non est testamentum, tametsi ad rationem testamenti ꝑtinere diximus, uerius tota Ecclesia dicit testamentum Christi, testamentū nouū, Legem Euangelii a Christo traditam, Sanguis aūt eius effusus est confirmatio testamenti Noui.

Si auté uis Eucharistiam dicere testamentum

mentum Nouũ, tunc solus sanguis esset nouũ testamentum, & non corp9 Dñi, quia de Calice tantum dicit. Hic Calix nouum testamentum etc, quod de pane non dicitur, Immo nec sanguis Christi est testamentũ. Nam quemadmodũ in Veteri Lege, sanguis Hircorum & Vitulorum, qui fuit figura sanguinis Christi, nõ fuit Vetus testamentum, Ita nec sanguis Christi est Nouũ testamentum,

Quod si dixerit aduersarius, Cur nõ licet mihi dicere Missam & Eucharistiã testamentũ, cum tñ Christus dixerit, calicem esse nouum testamentũ. Respondet, Non simpliciter dixit Nouũ Testamentum, sed adiecit. In meo sanguine. Vnde. Conferenda est scriptura cũ scriptura Mattheus & Marcus scribunt Christum dixisse, Hic est sanguis Noui testamenti, scz, confirmatio, nõ Nouũ Testamentum, Ad hunc modum accipere debem9 Lucam & Paulum, qui dicũt Calicem nouum testamentũ non idemtice, sed confirmatiue. Sicut & Moises accipiens sanguinem Vitulorum & eo aspergẽs populũ, non dixit, Hic sanguis est Testamentum, sed dixit, Hic sanguis testamenti Exod. 24.

Veruntamen,quia testamenti nomē interdum transfert ad id significandū, qđ testamento est legatum secđm hanc transumptionem,potest sacra Eucharistia dici testamentum,quēadmodū pacem nōnūq̃ appellant aliqui translaticie testamentum Dñi nostri,ꝙ eam discipulis reliquerit recessurꝰ,dicens Ioa. 14.Pacem relinquo uobis.

Sextus Articulus de cōmunione sub una specie laicorum fidelium.

HEretici huius tēporis, rursus excitarūt execrādā Heresim Bohemorū,ab impiis Hussitis & Pragēsibꝰ inductam,de Cōmunione tradēda Laicis sub utraq; specie, Panis scilicet & uini,quæ quidem Hæresis iam trāsacto integro seculo, & am

plius

plius, in sacrosancto Synodo Constan-
ciensi sessiõe decima tertia, & in Basili-
ensi, sessione tricesima damnata est, &
determinatum est ibidem, ꝙ dicere cõ-
munionem sub utraq; specie esse de ne-
cessitate salutis omni fideli, est Heresis.

Vt ergo obnitamur huic improbo
molimini, Paucis ostendamꝰ ex scrip-
tura Veteris & Noui testamenti, ꝙ inuo
lucris figurarum & apertis etiam senten
ciis sit significatum, ꝙ non est necessa-
ria Laicis ad salutem communio sanctæ
Eucharistiæ sub utraq; specie, cuius op-
positam partem astruunt predicti He-
retici.

In primis Exod. 12. dicit̃, ꝙ Dñs pre-
cipiens agnũ Tipicum manducari cer-
to ritu, de potu ne ullum quidem uer-
bum fecit. Similiter & Manna de cœlo
toti subministrans populo Israelitico,
Exod. 16. nullã potus ibidem fecit men
tionem. Per utrumq; aũt horum, signa-
tur sancta Eucharistia a toto ꝑcipienda
populo Laico sub una specie.

Preterea Leuit. 6. ubi libamina offe-
rebantur Dño secũdũ ritum illius tem-
poris, quæ consistebant in liquidis, illa

cesserũt omnino in usum sacerdotum, neq; aliquã eorum portionem sibi uen= dicabãt Laici offerentes. Libamina aũt illa, tunc representabant, liquidam sa= cramenti Eucharistiæ partem, solis per= mittendam sacerdotibus.

Item Leuit. 4. dicit̃, q̃ in eiusdem le= gis sacrificiis, soli licuit & indultum fuit sacerdoti leuitici generis, assumere sang uinem Hostiæ oblatæ, illũq; fundere su= per cornua altaris per gyrum, rursum eundem aspergere digito septies, & con tra ꝓpiciatorium ad orientem Leui. 16. Et filiis eius sacerdotibus etiam conces= sum legit̃ Leui. 3. scd̃m illius ĩmolatio= nis ritum, fundere sanguinem immola tæ hostiæ per altaris circuitum. Nunq̃ aũt Laicis, illud commissum tradit̃ of= ficium. Participare uero sacrificium ob= latum, aliis etiam a sacerdote illius po= puli & filiis eius sacerdotib9, datũ fuit, Per hoc plane significabat̃ sumptio ip= sius sacratissimi sanguinis, in sacramen to Eucharistiæ, sub Vini specie, solis sa= cerdotibus esse indulgenda, nó Laicis.

Alia item figura. 3. Reg. 19. Panis sub cineritius Heliæ. Figurabat hoc excellẽ= tissimum

tissimum Eucharistiæ sacramentũ, ubi nulla Vini prorsus fit mentio, Refertur quidem illic & uas aquæ repertum esse ad caput ipsius Heliæ Prophetæ, sed illud nõ habet apertam congruentiam, ut sanguinem nobis Dominicum referat, quẽadmodum habet Vinum, Hæ omnes figuræ predictæ, ꝓbant nostrum intentũ, ꝙ uidelicet, Christiani qui non sunt sacerdotes, nõ teneantur sub utraq; speciæ communicare.

Sed iam accedamꝰ ad Nouũ Testamẽtũ, ꝓ quo nota, ꝙ Cõmunicatio Euchariltiæ sub utraq; specie, a Christo nõ est precepta generaliter om̃ibꝰ fidelibus indispensabiliter.

Probat̃ primo ex p̃figuratiõe. Nam quum Dñs noster de quinq; panibꝰ in deserto saciauit quinq; milia hominũ. Iohan. 6. (quod quidẽ benefitiũ, sanctissimi Eucharistiæ sacramenti p̃monstrauit in omnes futuram cõmunionẽ) nullus illic de potu fit sermo.

Preterea, in eodẽ cap. apud Iohannẽ. Post illud miraculũ multiplicatiõis panum, adaperit mysterium tãti Sacramẽti, ubi sepius proponit manducationẽ

T panis

panis sine sanguinis cõmemoratione. Nã dicit ibi, Panis quẽ ego dabo, caro mea est, pro mundi uita. Et iterũ. Qui manducat me, ipse uiuet propter me. Et rursus. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in eternũ. Et quis interdũ de potu sanguinis sui adiiciat ibidem Dñs sermonẽ, nunq̃ tamẽ illic meminit uini, & illius speciei, sub qua sumendũ nobis sanguinẽ suum erat relicturus. Vnde aduersarij nõ possunt cõuincere, quod ibi Dñs insinuarit, Eucharistiæ Sacramentũ Laicis sub duplici specie esse tradendum, sicut in sequentibus patebit.

Secũdo idem ꝓbat̃. Quia si Christus Dñs precepisset hoc Sacramentum sub utraq; sumere oĩb9 fidelibus, tunc hoc preceptũ, uel colligeret̃ ex institutione huius Sacramenti, quia sub duplici specie ipsum instituit. uel ex eius dispensatione, qua discipulis dispensauit, uel ex manifesto præcepto. Sed nullũ hoꝝ potest dici. Est sufficiens diuisio. Nõ enim potest dari alius modus ab his. Nõ potest dici terciũ scilicet, ꝙ ex manifesto ꝓcepto istud ostenderet̃, quia nullũ tale preceptũ legitur Dñs dedisse, nec per se

nec

nec per Apostolos. Nec primũ aut secũ dũ, quia licet sub utraq; specie instituit, & dispensauit discipulis (quos iã in sacerdotes ordinauerat) hoc Sacramentũ Eucharistiæ, ex illo tamen cõuinci non potest, q̄ mandauerit sic ab oĩbus debere sumi.

Multa eñ ininstitutiõe eius, & in dispensatiõe, qua discipulis suis sumendũ tradidit, obseruauit, quæ per hoc nõ p̄cepit obseruari, nec eis uniuersaliter, nec aliis generaliter. Nam solos discipulos tunc præsentes Sacerdotes ordinauit, dicens. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Sicut etiã, q̄ post cibos dedit, & post esum Agni Paschalis, non tamẽ præcepit post cibos sumendũ esse sacramentum Eucharistiæ.

Similiter q̄ uesperi, Nam si hoc precepisset, ut uidelicet uesperi & post cibos sumãt, nemo id immutasset, Ita in ꝓposito, quod licet Christus sub utraq; dedit discipulis, non tamen ordinauit, nec precepit, q̄ ipsi cæteris quibuscunq; sic ministrarẽt, Vnde nec de aliquo ipsorũ discipulorũ legit̃, quod huiusmodi cõmunionẽ sub duplici dederit, quo

ad Laicos, uel ꝙ ipsis preceptũ sit traditum de sic cõmunicando. Imo sub una specie scz panis communicabant, alias Acto. 2. ut infra patebit.

Tertio idẽ probat̃. Ex Lu. Cap. 24. qñ Christ9 Dñs duob9 discipulis in Castello Emaus post Resurrectionẽ suã manifestauit seipm, illis sacrum suũ corpus, sub specie panis tantũ porrexit, & cognouerũt eũ in fractione panis, qui quidẽ panis sacratus erat uerbo diuino secundũ Augustinũ sermõe feriæ secũdæ Paschalis. De sanguine autẽ suo, nulla hic habet̃ explicatio, ꝙ fuerit illis sub specie uini traditus.

Verba Augustini ibi sunt: Eia fratres Vbi uoluit Dñs agnosci? In fractiõe panis, Securi sumus, panẽ frãgimus, & dominũ agnoscim9. Noluit agnosci, nisi ibi, propter nos qui nõ cũ uisuri eram9 in carne, & tamen manducaturi ei9 carnem. Quisquis ergo fidelis es, quisquis non inaniter Christianus uocaris, quisquis Ecclesiam nõ sine causa ingrederis, quisquis uerbum Dei cum timore & spe audis, consolatur te fractio panis, absentia Dñi non est absens. Habeto fidem, &

tecum

tecum est quē non uides. Et paulo post in eodem loco. Dominus ergo p̄sentauit seipsum in fractione panis. Discite ubi Dn̄m queratis, discite ubi habeatis. discite ubi agnoscatis, qn̄ manducatis. Norunt em̄ fideles aliquid, quod meli9 intelligunt in ista lectione, q̄ illi nouerunt, Dn̄s his cognit9 est, & posteaq̄ cognitus est ab eis. nusq̄ comparuit. Absuit corpore, dum tenebatᵉ fide, Ideo enim Dominus noster absentauit se corpore ab omni Ecclesia, & ascendit in cœlū, ut fides ædificetᵉ, Si em̄ nō nosti nisi quod uides, ubi est fides? Hec August.

Hec plane indicant, apud Lucam in eo loco, fieri sermonem de fractione panis sacramentalis, secundum sententiam Augustini.

Idem sentit Beda lib. 6. sup Lucam. ubi exponens eundem locum de fractiōe panis a Dn̄o coram Discipulis in Emaus, dicit. Certi etiam misterij causa factum est, ut eis scz Discipulis in illo Dn̄o nostro alia ostenderetᵉ effigies, & sic eum non nisi in fractione panis agnoscerent, ne quisq̄ se Christum agnouisse arbitretur si ei9 corporis particeps

non est,id est Ecclesiæ,cui9 unitatem in sacramento panis cõmendat Apostol9 1.Corin.10. dicens. Vnus panis,unum corp9,multi sumus,ut cum eis benedi-ctum panem porrigeret, aperirent' ocu-li eorum,& agnoscerent eũ,Aperirentur utiq;,ad eius cognitionem, remoto scz impedimento, quo tenebant' ne agno-scerent. Non aũt incongruenter accipi-amus hoc impedimentũ in oculis eo℞, a Sathana fuisse,ne agnosceret' Iesus,sed tñ a Christo facta est pmissio,usq; ad sa-cramentum panis, ut unitate corporis ei9 participata,remoueri intelligat' im-pedimentũ inimici , ut Christus possit agnosci,hec Beda.In quibus uerbis cla-re demonstrat,p panem illũ a Domino fractum, intelligendũ esse, panem san-ctum Eucharistiæ, potenti eius uirtute consecratũ, qué ipsis duob9 Discipulis tunc in mensa porrexit.

Quarto idé probat' . In Actib9 Apo-stolicis cap.2.ubi cũ primæuæ Ecclesiæ describit' cõuersatio,ait beat9 Lu. quod cõuersi ad fidé. Per beati Petri & alio℞ Apostolo℞ prædicationé,erant perseue rantes in doctrina Apostolo℞,& cõmu nicatione

nicatiōe fractionis panis, & orōnib9. Panis id est Eucharistiæ, secundū glo. interli. Vt exponit quoq; magister Historiarū in Schola. Histo. ubi nulla fit mētio de sumptiōe calicis.

Vnde cōsuetudo cōmunicandi Laicis sanctā Eucharistiā, sub una specie, est uetustissima, & ab antiquis tēporib9 in Ecclesia obseruata. Et hoc facile ex hoc patet, ꝙ in Decreto de Cōse. Dis. 2. ca. Si per negligentiā. Ponit̃ Canō Pii Papæ, Declarans pœnitētiā Sacerdoti imponendā, qui aliquid de Calice permiserit in terrā; aut pallam stillare, ut scilicet. 4 o. dieb9 pœniteat. tot dieb9 ieiunando, & a celebratiōe abstinēdo, ut dicit glos. Nulla tamē ibi fit mētio de pœnitētia iniungenda Laico, cōsimilis negligentiæ reo, cum tamen a Laicis facilius & sæpius posset fieri huiusmodi calicis effusio, si sacrū Christi sanguinem e calice sumerēt. Propter pressurā multitudinis. Presertim ꝓ festo Paschæ. Eo igit̃ tēpore, quo fuit ea sanctio cōstituta, non fuit Laicis consuetudo sumendi sacram Eucharistiam sub utraq; spetiæ. Atqui pius ipse secūdū sententiā Augu-

stini in Epistola ad Generosum, decimus fuit Papa, post beatū Petrum, & fuit circa annū ab incarnatione Dñi, centesimum quinquagesimum tercium. Ecce quā antiqua est consuetudo Laicis sub una speciæ cōmunicare ita ut ipsius initium, neq; in memoriis hominū neq; in scriptis Doctorū, neq; in Annalibus reperiat.

Non pmisisset pfecto Dñs Ecclesiam suam errare q̄ diu, quæ est spōsa ipsius sangune redempta.

Preterea, in eodē Decretorū loco. scz de con. dis. 2. ca. Presbiter. ex Concilio Guarmaciensi ponit hic Canon. Presbiter Eucharistiam semp habeat paratā, ut qñ quis infirmatus fuerit, statim eum cōmunicet, ne sine Cōmunione moriatur. Et ca. sequenti, qui bene explicatur ex Concilio Aurelianensi pœñia illi iniungenda, qui sanctam Eucharistiā sub speciæ panis non diligenter custodit, in hunc modum, Qui bene non custodierit sacrificiū, & Mus uel aliud aliquod animal illud comederit, q̄draginta diebus pœniteat. Qui aūt pdiderit illud in Ecclesia, & pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, triginta dies pœniteat.

Hec

Hec ibi. Atqui in illo priore Canone, nec alibi, ꝑcipitur asseruari uinum consecratum, quod ministret̃ infirmo grauiter ægrotanti, eo ꝙ in ipso seruando ad longum tempus, in eodemq; deferẽdo ꝓcul ad infirmos, ingens sit periculum ꝑmutationis in acorem, aut effusionis. In posteriore uero Canone, nulla adhibetur Cautela, ut sanguis Dñi nostri sub speciæ uini solicite & reuerenter custodiat̃, Neq; ibidem aut alio quouis in loco exprimit̃ pœñia illi infligenda, qui Vinum cõsecratum non bene custodierit ꝓ cõmunicatione egrotis facienda, cum tamen longe maior exposceretur cura atq; sedulitas ad Vinum conseruandum, q̃ Hostiam consecratam, ꝙ ipsum facili9 aut effundi in terram, aut in Acedinem mutari queat. Illud igitur non paruum est Argumentũ, antiquam esse consuetudinẽ, & plurimo iam tempore seruatam, ꝙ Laicis non tradat̃ sacra Cõmunio sanguinis dominici sub speciæ uini.

Quapropter in Concilio Constanciensi sessione decimatertia determinatũ est, ꝙ si quis dixerit ꝙ hanc consuetudi-

nem antiquissimam, aut Legem scz sub una speciæ cōmunicare Laicos, obserua re, sit Sacrilegium aut illicitum, censeri debet erroneum, & ptinaciter asserentes oppositum premissorum, tanq̃ Heretici arcendi sunt & grauiter puniendi per Diocesanos locorum.

Hec eadē sententia decreta est in Concilio Basiliensi, sessione tricesima.

Solutio rationū / contendentiū Laicis, sub utraq; specie dandum esse cōmunionē.

Nunc diluende sunt paucis, rationes illoꝝ qui putāt de necessitate salutis id requiri, q laicis fiat cōmunicatio sancti sacramenti Eucharistiæ sub utraq; specie.

Primo aduersarii arguūt sic. Hoc est institutū Christi, q ipse in Cæna tradidit discipulis suis, hoc dignissimū sacramentū sub utraq; specie. Eisq; præcepit q idem facerēt atq; frequētarent mysteriū in sui cōmemorationē. ut patet Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Qui ergo denegant Laicis speciē unā, repugnant instituto Dñico & textui Euangelico.

Respon-

Respõdet: In illa cœna ultima, Dñs noster non Laicis uiris, aut mulieribus cõmunicauit suũ corpus & sanguinem, sed dũtaxat duodecim Apostolis, quos tũc ordinauit sacerdotes, & frequentãdum illud mysteriũ in Missæ officio cõmisit eisdem.

Quod si dixeris, ꝙ in illa cœna potuerunt fuisse plures q̃ duodecim Apostoli, & illos quoq; cõmunicauit. Respondet. At Matth. 26. dicit. Vespere autẽ facto, discũbebat cum. 12. discipulis suis Idem Mar. 14. Idem Luc. 22.

Itaq; cũ dixit Dñs in illa cœna. Manducate ex hoc om̃es, & bibite ex hoc oés Illa particula uniuersalitatis, nõ sine discrimine quosuis fideles cõprehẽdit, sed dũtaxat eos, qui tũ aderant præsentes, & ad quos sermo ille tũc dirigebat, scilicet duodecim Apostolos. Illis uero tũc dixit Dñs, Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Non aũt dixit. Hoc sub duplici specie cõmunicato populo. Ex eo igitur loco nihil aliud potest colligi, nisi sacerdotes, cũ sanctũ Missæ celebratur mysteriũ, debere facere cõsecrationẽ utriusq;, & Panis scz, & Calicis, & utramq;

sumere

ſumere ſpeciem. Et eſt legittima ratio huius, quia ſacerdotes, ut Eccleſiæ mini ſtri, in ſacratiſſimo Miſſæ myſterio, Do minicã repreſentãt paſſioné, in qua ſan-guis Chriſti precioſus a ſacro ei9 corpo-re fuit ſeparat9. Ad quod apte deſignã-dum, ſeparatim calicis cõſecratione fa-cere iubent poſt cõſecratione Hoſtiæ, & idipſum typo ſignificatũ eſt in oblatio-ne Melchizedech. Gen. 14. Qui ut ſacer-dos Dei altiſſimi panem & uinũ Dño obtulit, Sed q Laicis, aut Sacerdotibus Miſſæ offitiũ non celebrãtibus, fieri de-beat cõmunio, ſub utraq; ſpecie, neq; ex hoc Chriſti facto confici poteſt, neq; ex loco Euangelii quem obiiciunt.

Secundo arguũt aduerſarii, tanq; in-euitabili Telo & tanq Achilleo argumẽ to, dicit Dñs, Ioan. 6. Niſi manducaue-ritis carné filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in uo bis. Qui auté inquiunt, id fiat, niſi ſub utraq; ſpeciæ ſumatur etiam a Laicis hoc Sacramentum?

Reſpondetur dupliciter. Primo q in illo Capitulo Dñs loquit de manduca-tione & bibitione ſpirituali, id eſt inſi-tione

tione in corpus Christi misticũ, p fidem spem, & charitatem & in corporatione in ipsum omnib⁹ etiam paruulis & infantibus necessaria. Ita exponit Augu. & pleriq; alii sacri Doctores.

Quod si quis dixerit. Nisi Dñs tractaret in his uerbis de pceptione sacramenti, non distingueret inter manducare & bibere, & rursus inter manducare carnẽ & bibere sanguinem, sed ex hoc q tam accurate distinguit inter hec, insinuat q de pceptione sacramenti tractet.

Respondeť. Facile hec instantia reiicitur pspiciendo q in eodem illo ca. 6. paulo superius Dñs dixit. Qui uenit ad me, non esuriet, & qui credit in me non siciet unq̃. Clare eñ in his uerbis (quæ constat non spectare ad Sacramentum Eucharistiæ) Dñs distinguit esurire & sitire, quod equiualet ad distinguere, inter mãducare & bibere, Nam esurire ad manducationem, & sitire ad bibitionẽ pertinent. Non potest ergo ex distinctione inter manducare & bibere, trahi argumentum efficax ad inferendum q de sacramento Eucharistiæ sit hic sermo.

Secundo respondeť ad Argumentũ, q illud

ꝙ illud Christi preceptum, Nisi mandu-
caueritis etc, esto ꝙ recte possit intelligi
etiam de sumptione sacramentali, Non
tñ est contra nos, nam hec uerba Christi
habent ueritatem etiam in his, qui sub
una tantum speciæ scz Panis accipiunt
hoc cœleste sacramentum. Nam cũ mã-
ducant carnem Christi uere sub forma
panis contentam scd'm substantiam, &
non sit corpus hominis uiuum atq; ani-
matũ, sine sanguine, simul ipsi & sang-
uinem Christi bibunt, q̃uis eũdem sub
uini speciæ non sumant, Vnde nõ dixit
ibi Dñs, Nisi mãducaueritis carnem fi-
lii hominis, & biberitis eius sanguinem
in Calice, aut sub Vini speciæ, sed sim-
pliciter proposuit, & biberitis eius sang-
uinem.

Vnde Prepositiuus antiquus Doctor
querit sic. Est ne sub speciæ panis etiam
sanguis? Respondes, est, Tunc quero.
Vel ergo comedis, uel bibis sanguinem
illũ. Sed non comedis. Non eñ come-
dit sanguis sed bibitur, Ergo bibis sang-
uinem Dñi, communicans tantum sub
specie panis, & ita satisfacis Christi pre-
cepto.

Si

Si dicas, ꝙ hoc deberet fieri sub proprio signo, Respondet ad hoc, quēadmodū quidam respondit cuidam Bohemo Iohanni de Rokizana, qui erat dux erroris Bohemorum. Si ego inquit reperio in Taberna bonū Vinum, quid ad me si non reperiam signum? Et potissimum, quū, ut dictum est, non possit ꝓbari ꝙ sub signo seu speciæ Vini debeant Laici Communicari.

Et ut semel occludant ora omniū, ꝗ ex uerbis aut factis Dñi possent eniti ad ꝓbandam Laicoꝝ cõmunionē sub utraꝗ; specie. Vnū illud notandū est, ꝙ ea quæ concernūt substantiā huius uenerādi Sacramenti, seu quæ sunt de necessitate eius, prout determinauit Christus, ut sunt materia & forma hui9 Sacramēti. Nullo pacto immutari possunt ꝑ leges Ecclesiasticas, quia talia sunt de Iure Diuino. Forma em̄ cõsecratiõis certa, est a Christo prescripta. Materia similiter scilicet panis & uinū. Similiter minister scilicet Sacerdos ordinatus, Hæc inq̄ mutari nõ possunt, Sed quomodo aliis cõmunicari debeat hoc Sacramentū, an scilicet sub una tantū, aut sub duplici

plici specie, non diffiniuit Christus, nec sanxit in Euangelio, sed Apostolis, & Ecclesiæ sanctæ per spiritũsanctũ id ordinandum reliquit.

Sicut etiã sunt multa, quæ ꝑ reuerẽtia huius Sacramenti, cõmisit Dñs determinanda discipulis suis, & eoꝝ successoribus, & hæc accipiũt mutationem, iuxta diuersitatẽ tempoꝝ, causaꝝ, & circũstanciaꝝ. Exẽpli gratia. Sicut ꝙ ad tẽpus Ecclesia primo ꝯfecit in Azimo pane, postea causa emergẽte celebrauit in fermentato, & demũ iterum in azymo. Christus quidẽ in azymo cõfecit. At qñ error uigebat de Legali obseruantia, q̄ fuit Ebionitaꝝ, qui dicebant necessarium esse Christianos Iudaizare, & per consequens Pascha suũ in azymo conficere, Decretum erat, ꝙ Ecclesia nõ cõficeret de azymo, sed de fermẽtato, donec ille error cesserat. Greci tanq̃ superbi noluerunt redire. Ita ut usq; nunc in fermentato conficiant.

Ita quoq; ꝙ celebrat̃ in Ecclesia, & altari & uasis ac uestibus cõsecratis, ꝙ ieiuno stomacho sumat̃. Hoc totum ex Ecclesiæ institutione ordinatũ est. Et hec

possit

possset Ecclesia mutare ex caussis rationabilib9, in toto uel in parte.

Tertio arguũt aduersarij, p illud uerbum beati Pauli.1.Corin.11. Quotiens cũq; manducabitis pané hunc, & calicé Dñi bibetis, morté Dñi annunciabitis donec ueniat. Itaq; quicũq; manducauerit pané hũc, & biberit calicé Dñi indigne, reus erit corporis & sanguinis dñi, Probet auté seipm homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.

In his inquiunt uerbis, simul cũ pane manducando, ter etiã exprimit calix Dñi potandus. Et ergo sine ulla tergiuersatione intelligit, ibi sanguis Dñi sumendus sub specie uini. Quod si illud tunc apud Corinthios etiam Laicos in usu erat, ex beati Pauli institutione, cur & nunc idem in usu non erit?

Respondet. Beat9 Paulus his uerbis non precepit cõmunioné ipsius Sacramenti Eucharistiæ Corinthiis sub utraq; specie. Sed postq̃ recensuit, primã Sacramenti illius institutioné, secundũ triũ Euangelistarũ sententiã ipsis permisit tantum, ritum sumptionis Panis & Calicis, admonuitq; solicite ut illam facerent

 cerent

cetent panis manducationẽ & Calicis potationem in memoriam Dñicæ passionis, facta pri⁹ diligenti suiipsius probatione.

Et ita scd'm sententiam grauium Authorum, in aliquib⁹ Ecclesiis, tunc erat usus Laicis sumendi illud sacramentũ sub utraq; speciæ, quod etiam ex Epistola q̃dam Cipriani constat, non propter Christi preceptum, sed propter Christi factum. Nõ tamen uniuersalis fuit usus Ecclesiæ, ꝙ utriusq; speciei communio Laicis daretur. Ideo ex huiusmodi ritu particularium Ecclesiaꝝ, aduersarii cõficere non possunt, ꝙ talis communio Laicorum sub gemina speciæ in uniuersum sit necessaria ad salutem.

Ex illo ergo toto ꝓcessu beati Pauli nõ potest elici ꝙ Dñs dederit preceptũ omnibus sub duplici manducare, Nec etiam potest trahi ꝙ beat⁹ Paulus hoc ꝑceperit, sed narrat tantum factũ Christi, in cœna, obseruauit Apostolus hunc ritum, nõ de precepto, sed de facto Christi. Quod si sciuisset obligari omnes ad communicandum sub utraq;, scripsisset hoc expresius, tam Corinthiis, q̃

aliis,

aliis,& maxime Romanis qui erant ca-
put mundi.

Quarto arguunt, Antiqua ꝯsuetudo non est uiolanda neq; in oppositũ ritũ ꝑmutanda, alioquin nihil firmum aut stabile esset in obseruationibus Christi-anæ pietatis,sed quondam is mos erat tocius ecclesiæ,scz Laicos sub utraq; spe ciæ communicare sicut patet ex eadem Epistola Apostoli. 1. Corin. 11. Ergo nõ fuit penes aliquos ex posteritate autori-tas hanc legem abrogandi.

Respondeť,ꝙ non est ꝑmutanda lex p rius lata,si nulla occurrat legitima ra-tio ad illam abrogationem,& opposite legis constitutionem faciendam,Si aũt id poscat,aut urgens necessitas, aut eui-dens utilitas,prudentis est Legislatoris, eã sanctionem, quæ obseruata in dete-riorem uergit exitum, rescindere,& aliã expedientem saluti publicæ, constitue-re. Atqui in primitiua Ecclesia rarior erat fidelium numerus, q̃ sequentibus seculis, & idcirco maior potuit seruari cautela pro euitandis periculis,ex com-muniõe calicis in Laicos emergentib9. Tunc etiam animandi erant ad marti-

rium,grassante persecutione Tyranno-
rum,ut non dubitarent sanguinem pro
Christo effundere, ad quod efficaciter
incitabant sumpto sanguine Domini e
Calice. Ergo tunc temporis pmittebat
fidelibus Laicis saltem in aliquibus lo-
cis particularib9,communio sub utraq;
speciæ. Quod si cõmunem omnib9 lo-
cis eum fuisse ritum,quis tunc fuisse dix
erit,non est cum illo sup ea re cõtenden
dum, quoniam nihil propterea minus
nostrum conficietur propositum.

Postea uero,multiplicato fideliũ nu
mero,ꝯsiderauit Ecclesia grauissima pe
ricula,quæ possunt contingere, & ple-
rumq; contigisse uisa sunt,ob huiusmo
di cõmunionem Laicorum sub utraq;
speciæ, utpote periculum effusionis sa-
cri sanguinis in ipsa sumptione a Laicis
facienda,Periculum etiam in conserua
tione Vini consecrati ꝓ infirmis,ne uel
estate acescat , uel Hieme congelet. Item
periculum in delatione eiusdem sacri
sanguinis ad infirmos p longam uiam,
in quibus Sacerdos deferens,facile pos-
set collabi in terram, sacrumq; sangui-
nem sub speciæ Vini contentum effun-
dere.

dere. Deniq; cõsiderauit etiam Ecclesia periculũ pænuriæ Vini requisiti & necessarii, ꝓ communione tocius multitudinis, in illis Regionibus, in quibus uix satis est Vini ꝓ Missarum celebratione, Demũ & attendit periculũ inducendi populum fidelem in hunc pniciosum errorem, q sub specia [illegible] solum corpus Dñic [illegible] ne. Propter hec inq̃ [illegible] la, Ecclesia edocta a [illegible] semp assistit Ecclesia [illegible] ter & prouide, Laicis [illegible] tummõ sub speciæ P [illegible] munioné. Et ita hoc [illegible] fidelibus, exceptis pa [illegible] suam damnationé contra determinationem Ecclesiæ. Qui quidé fideles roborantur ꝑ hec, q totus Christus est sub speciæ panis nec minus sub una speciæ q̃ sub utraq; continef, Roborant insup ꝑ hoc q neq; diuino iure illis debef species Vini, cũ nullum in Sacra scriptura inueniatur preceptum, quo iubef Laicis species Vini ministrari ut dictũ est. Neq; eadem ipsis debef humano iure & positiuo, quinimo Ecclesiastica Lege & cõsuetudine, illis est uetita.

 De

De continentia Sacerdotum / Articulus ſeptimus.

eatus Paulus ad Gala. 2. conqueritur, ſubintroductos fuiſſe falſos fratres, qui ſubintroierunt, inquit, explorare libertatem noſtrā, quā habemꝰ in Chriſto Iheſu, ut nos in ſeruitutē redigerent. Vbi de his loquiť Pſeudo Apoſtolis, qui iugū Moſaicæ legis imponere uoluerunt humeris fidelium, a ſeruitute illius per Chriſtum liberatoꝝ, totis uiribus contendētes, antiquæ legis inſtituta ſimul cū Euangelicis ſacramentis obſeruāda. Noſtro uero tēpore, ſubintroducti ſunt, ſimiliter falſi fratres, qui aſtruunt cōtinētiam in Sacerdotibꝰ nō eſſe ꝓbandam Sed potiꝰ ipſos cōnubiali uinculo uxo

ribus

ribus iungi debere. Ecce hi subintroierũt explorare, immo subuertere libertatẽ Ecclesiastici ordinis, liberãq; facultatẽ dominũ sine impedimẽto obsecrãdi, ut illũ redigant in seruitutẽ rei uxoriæ.

Hæc autẽ pestilẽs doctrina de Sacerdotib9 uinculo cõiugali alligandis, nõ debet noua existimari, aut primũ ab aduersariis nostra ætate adinuenta, Sed priscis tẽporib9 iam olim fuit sæpi9 exuscitata. Nã circa tẽpora beati Hieronimi & Augustini. Iouinianus heretic9 eã inuexit. Nuptias adequans uirginitati, quantũ ad meritũ & premiũ, & omnib9 Sacerdotibus, sacratis uirginibus, & religiosis suadens subeunda fœdera connubialia. Sed hanc insaniã beatus Hieronimus, in primo cõtra eundẽ libro, acerrime contudit.

Paulo post uero Vigilantius cõsectator Iouiani, eandẽ uesaniã, de cõiugio ministroꝝ Ecclesiæ reuocauit in lucem ut testaſ beatus Hieronim9 in libro cõtra Vigilantiũ. Deinde circa tẽpora Cõcilii Constanciensis, Iohannes Vuiclefus, extinctas hasce Iouiniani & Vigilãcii fa

tij fauillas, rursum excitauit in flammã & Sacerdotib9 cõiugia permisit. Demũ hac nostra ætate Lutherus, ut cæteros Vuickefi dãnatissimos errores cupidis amplectit̃ ulnis. Ita & hoc perditissimũ eiusdem dogma, de ministris Ecclesiæ cõnubio deuincendis, oppido q̃ lubens capessit.

In pestiferam autẽ hanc assertionem de Sacerdotib9 uinculo cõiugali astringendis, admodũ ꝓpensius est Luther9, qd' multũ illa faueat suæ libertati Antichristianæ & Mahumetanæ, quã & hic prædicat, cũ laxatis habenis ministros Ecclesiæ sacros ad cõnubiale consortiũ admittit. Sed si pensiculatius rei qualitas attendat̃. Hæc non uera libertas est quin potius grauissima seruitus, miseriarũ angoris & curarum refertissima, subigens corpus usui coniugali, & animũ mille solicitudinibus huius mũdi. Dicit̃ Can. 2. Sicut Liliũ inter spinas, sic amica mea inter filias. Quid est Liliũ inter spinas, nisi uirgo uel celebs inter maritatas? Honesta res est matrimoniũ sed spinis ac tribulis obsita. 1. Cor. 7. Tribulationem inquit carnis habebunt

bunt huiusmodi, Si quis dubitat, utrũ matrimonium habeat spinas, consulat uxores, quid molestiarũ afferat maritus morosus, ebriosus, aleator, adulter, profusor, quid affines, quid impii liberi, Consulat item uiros, quid molestiarum afferat Vxor, morosa, litigiosa, superba, infidelis, ebriosa, Celebs aũt & uirgo libera curis huius seculi, cogitat quæ Dñi sunt, quomodo placeat illi.

Et quamq̃ ita est, demirandũ est tñ, quõ hec pestis tam late nunc ꝑserpserit, & plerosq; Sacerdotes sua tabe corruperit in Germania. De Iouiniani quidem Hæresi, consimilis farinæ scribit beatus August. ꝙ cito extincta est, ꝑ damnationem scz publicam sedis Apostolicæ, nec usq; ad sacerdotum corruptionem ꝑuenit. Hac uero tempestate tam dira lues etiam Sacerdotes nonnullos in Germania corripuit, qui prius per Sacerdocij gradum diuino ministerio consecrati, supinduxerũt uxores, quas nulla authoritate, nisi Lutherana freti, socias Thori sibi assumpserunt, & ita dignitatem Ecclesiasticam, prius sinceram, hac atra labe carnalis consorcii conspurarunt.

Pro Ecclesiastica ergo libertate pugnemus adiutore Deo, & monstrem9 sacerdotalem continentiam recte institutam esse, & semp deinceps in Ecclesia obseruandam.

Itaq; p iaciendo fundamento huius operis id ante omnia pponimus, hui9modi continentiam Sacerdotum Euãgelicæ legis in Veteris Testaméti scriptura multis modis præsignificatã esse.

In primis Exod, 12. ubi Dñs ritum exprimit manducãdi Agni Paschalis, inter cætera pcipit, eos qui illo usuri sunt cibo, renes habere pcinctos. Quem locũ mystice exponens beat9 Greg. Hom. 22. sup Euangelia ait, Quid in renibus, nisi delectatio carnis accipit? Vnde & Psalmista postulat dicens, Vre renes meos. Si eñ uoluptatem libidinis, in Renib9 esse nesciret, eos uri minime peciisset. Qui ergo Pascha comedit, habere renes accinctos debet, Hec ille, Atqui Sacerdotes Euangelici, non semel tantũ in Anno, ut quondam pplus Israel Agnũ Tipicum immolabat & manducabat, sed quottidie immolant Agnũ immaculatum, qui est ueritas & Exemplar illius, habent

habentq; officiũ iugiter assistendi sancti Altaris ministerio, Ergo debét & ipsi assidue lumbos habere pcinctos, ut rite incõtaminatum Agnum offerre Deo & sumere possint.

Preterea Moises, dicit frequentius abstinuisse a consortio coniugali ut magis redderet idoneus diuino colloquio Num. 12. Et qm̃ ob eam causam Aaron frater Moisi, & maria soror eius dicunt murmurasse contra Moisen, indignat9 est Dñs ipsi Aaron & Mariæ sorori eius, quã & Lepra pcussit, Sacerdotes autem Noue Legis, non solum collocutionis cum Deo iuge habent officium, p deuotum orationis studium, sed & contrectãdi suis manib9 ipsum Regem regum in sacro Missæ misterio, eumq; sumendi, Quod sane munus, ut p dignitate exequant, debent merito abstinere ab uxorum consortio, non solum frequenter ut Moises, sed & ppetuo.

Rursum, Cum popul9 Israel esset Legem Dñi susceptur9 in monte Syna. Exod. 19. Descendit Moises de Monte ad populum, & sanctificauit eum, Cũq; lauissent uestimenta sua, ait ad eos. Esto

te parati in diem tertiũ,& ne appropinquetis uxoribus uestris etc. Si populus sanctificatᵉ ad accipiendam Legem, quæ demum erat antiquanda, & lauat uestimenta. Nonne maior sanctificatio exposcitᵉ in ipsis sacerdotibus, & lotio spiritualis & carnalis p̄ continentiam carnis, a quibus accipitᵉ non lex, sed ipse Legifer, ipse inq̃ Dn̄s legis Euangelicæ: quæ longe prestantior est, quam fuerit Lex Mosaica.

Insuper, quãuis antiquæ legis Sacerdotes, pro tẽporis illius qualitate ducerẽt uxores, tamen cum tẽpore uicis suæ fungerentᵉ munere Sacerdotali, castimoniæ studebant, domũq; suã omnino non tangebant, & ita nec uxores cognoscebant, sed uersabantᵉ assidue in tẽplo, usq; ad expletum sui ministerii officiũ, ut testatᵉ Beda supra Luc. 1. cap. Hic ergo Sacerdotib⁹ nostri tẽporis, quibus semper altari seruire iubetᵉ, datur exemplũ perpetuo seruandæ castitatis. Quia em̃ tunc Sacerdotalis successio ex stirpe Aaron quærebatᵉ, necessario procurabatᵉ tẽpus substituendæ soboli. Sed q͛a nũc in Noua Lege, non carnalis successio

ſſio,ſed perfectio ſpiritualis inquiritur, conſequéter Sacerdotib9, ut ſemper altari poſſint aſſiſtere,ſemper ab uxorib9 cōtinendū,ſemper caſtitas ſeruāda eſt. Hec Beda.

Demū,ſcribit̃.1.Reg. 21 .q̄ cū Dauid fugiens a facie Saul,ueniſſet ad Achimelech Sacerdoté Leuiticū, petiuiſſetq́ȝ ab eo panes,in ſuū, & comitū ſui itineris uſum. Reſpondit Achimelech, Non habeo Laicos panes ad manū, ſed tātū pané ſanctū. Si mundi ſunt pueri maxime a mulierib9 manducent. Cui Dauid ait. Et quidé ſi de mulierib9 agitur,cōtinuimus nos ab heri, & nudiuſtertius quādo egrediebamur,& fuerunt uaſa pueroꝝ munda. Tunc dedit eis ſacerdos pané ſanctificatū, utpote panes ꝓpoſitionis, qui tantū figura erant panis uiuifici & ſalutaris,qui nunc quotidie offert̃ in altari per manus ſacerdotū Non poteſt igit̃ ille, digne offerri, & ſumi miniſterio Sacerdotali, niſi ꝑpetua cōtinentia Sacerdotes ipſi ſe abdicent a ulieꝝ cōſortio,iugemq́ȝ ſeruent caſtitatem.

Sed iam ex Noue Legis ſcriptura mō

 ſtremus

ſtremus, quod ſacerdotũ cõtinentia fu-
erit inſinuata circa lucis Euangelicæ ex
ordiũ, & cõmendata uerbo ſimul & ex-
emplo. Exẽplo quidem beati Petri, qui
ad Apoſtolatũ uocatus. Vxorẽ quã pri⁹
habuerat, quantũ ad cõiugale offitium
dereliquit, quẽadmodũ teſtaẽ beat⁹ Hie
ronimus in Epiſtola ad Iulianũ conſo-
latoria. Qui (inquit) in ſeculo prim⁹ es,
cur nõ & in Chriſti familia primus ſis?
An quia uxorẽ habes? Habuit & Petrus,
& tamẽ cum reti, & nauicula eã dereli-
quit. Quinimmo & hoc idẽ aſtruit Hie-
ronim⁹ in primo lib. cõtra Iouinianũ
de cæteris etiã Apoſtolis, ſi qui aliorum
preter Petrũ uxores habuerint, qđ uoca
ti ad Apoſtolatũ, coniugale officiũ reli-
querunt. Dicit quoqꝫ ibi Hieronim⁹ cõ
tra Iouinianũ, Venit ad Euangeliũ, p-
ponit nobis Zachariã & Elizabet, Petrũ
& Socrũ eius, & cõſueta uecordia nõ in-
telligit, iſtos quoqꝫ inter eos qui legi ſer
uierunt debuiſſe numerari. Neqꝫ eñ E-
uangeliũ ante Crucẽ Chriſti eſt, quod
paſſiõe & ſanguine ipſius dedicaẽ. Iux-
ta quã regulã Petrus & cæteri Apoſtoli
(ut ei ex ſuperfluo interim cõcedã) ha-
buerũt

buerunt quidé uxores, sed quas eo tempore acceperant quo Euangelium nesciebant. Qui assumpti postea in Apostolatum, relinquunt officium coniugale, Nam cum Petrus ex persona Apostolorum dicit ad Dñm Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Respondit ei Dominus Amen dico uobis quoniam nemo est, qui dimiserit domum, aut Parentes aut Fratres, aut Vxorem, aut Filios, propter regnũ Dei, qui non recipiat multo plura in seculo isto, & in futuro uitam eternam. Luc. 18.

Ecce dicit, aut Vxorem. Non dixisset Dñs hec uerba de dimittenda uxore, ad Apostolos, suis adhuc uxoribus, q̃ntum ad usum coniugii, alligatos. Neq; beatus Petrus asseuerasset corã Dño se & suos condiscipulos omnia reliquisse, si tunc adhuc suis adhesissent uxoribus in officio Matrimonii. Et qm̃ ipsi Apostoli, erant primi Noue Legis Sacerdotes a Dño instituti, in huiusmodi abdicatione suarum uxorum ab ipsis facta, premõstrabatur pulchra quadam effigie, continentia a sacerdotibus Euangelicæ legis

 obseruan-

obseruāda. Tametsi nō legit̃ quod alii Apostoli preter Petrū habuissent uxores.

Verbo autē idē demonstrat̃ ꝓpositū. per illud dictū beati Pauli. 1. Corin. 7. quo admonet cōiuges qđ non debeant fraudare se inuicē officio cōiugali, nisi forte ex consensu ad tēpus, ut uacēt orationi. Ex quo loco ita texitur argumentū. Cōiuges ad tēpus ut uacent oratiōi, decenter admodū & religiose abstinent ab usu cōiugali, quēadmodū tempore ieiuniorꝝ & sacraciorꝝ solēnitatum, ad placādā Dei irā, ut dicit̃ Iohelis 2. Egrediat̃ sponsus de cubili suo, & sponsa de Thalamo suo. Sacerdotis aūt officium est iugi orationi intendere, sempq; uacare precibus, quas fundat tam pro se quā ꝓ populo, debet igit̃ ipse, ꝑpetuo temperare ab officio coniugii. Quō autem id fiat si uxorem haberet, cui officium coniugale denegare non debet? Illa ergo uerba beati Pauli insinuant, cōmendandam esse in Sacerdotibus ꝑpetuam continentiam.

Vnde Origenes pertractans eadē uerba Apostoli homelia. 23. sup lib. Num. dicit

dicit. Certũ est impediri sacrifitiũ indesinens his, qui necessitatib9 cõiugalibus deseruiũt. Vnde mihi uidet, ꝙ illius solius est offerre sacrifitiũ indesinens, qui indesinẽti & perpetuæ se deuouerit castitati. hec ille.

Preterea Ibidẽ. 1. Chor. 7. scribit Apostolus. Volo autẽ uos sine solicitudine esse. Qui sine uxore est, solicitus est quæ Dñi sunt, quomodo placeat Deo. Qui aũt cũ uxore est, solicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori & diuisus est etc. Quem aũt magis decet esse sine mundi solicitudine, totãq; curã mẽtis intendere, ut placeat Deo, q̃ sacerdotẽ, qui ad iuge ipsi9 ministeriũ est ascitus, & sacro altari mancipatus? Vt igit sacerdos facultatẽ habeat, Dñm sine impedimento obsecrandi, syncerũq; obsequiũ illi prestandi, sicuti eius offitiũ exposcit, oportet sit absolut9 a nexu cõiugali, & cathenis illis grauib9 expeditus, quæ ipsum alligarent mũdo, & abstraherent a Deo.

Vt autẽ predictis ampli9 aliquid addat, secũdũ sententiã sanctoꝝ omnium doctorũ, nunq̃ a Legis Euangelicæ exordio

ordio licuit, post susceptum sacrum ordinem, ducere uxorem. Quã sine determinatione, censent esse & Iuris diuini simul & naturalis. Quod auté ita sit, id est q sit iuris diuini, probatur.

Clarum est, quod Sacerdos Leuitici generis habuit facultatem ducendi Vxorem, etiam post susceptum sacerdocii officium, Leui. 21. Ratio quia tũc unica trib9 erat delecta ad ministerium tabernaculi, & in dignitate summi sacerdocii filius diuina iussione, sufficiendus erat patri, Et ita, si in illa tribu denegata fuisset ꝓpagatio carnis p matrimonium, cito interiisset tota tribus illa, & nõ potuisset fieri surrogatio filiorum in locũ Parentum in summo sacerdotio.

In Noua aũt Lege, neq; certa cognatio é delecta ad altaris officiũ, neq; secũdum sanguinis propaginem fieri debet succesio in Ecclesiastica administratione, tantũ spiritualis electio eorum qui sunt idonei exercende illi Prouinciæ, & secundũ spiritum substitutio, Declarat igiť conditio illa & qualitas Ecclesiastici ministri, omnino diuersa a Veteris legis instituto, non esse post illius susceptionem

tionem subeundum Coniugium, quoniã non eadem impendet hic, sicut prius necessitas.

Alia ꝓbatio huius. Sicut translato sacerdotio, necesse est, ut Legis translatio fiat, ad Heb. 7. Ita e diuerso, translata lege, necesse est, ut etiã sacerdocii fiat trãslatio. In antiqua autem Lege, sacerdocium quod erat ad Pecorum carnes & sanguinem offerendum, sacerdotium erat secũdum carnem. In noua igitᷣ Lege, ubi sacri corporis & sauguinis dominici fit oblatio, necesse est sacerdotium esse scd'm spiritum, ꝑ qualitate scz meritorum & uitæ ꝓbitate. Quod aũt secũdum spiritum esse debet, quõ postea recte miscebitur carni, & ad coniugale deputabitur officiũ? Repugnat certe idipsum dignitati sacerdocii Euangelici, ꝙ illo iam suscepto superinducatur coniugium.

Insup, alia ꝓbatio, Scd'm Euangelicã sententiam Luc. 19. Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro, aptꝰ est regno Dei. Sed qui sacro ministerio Altaris se dedicat, manum mittit ad aratrũ diuini obsequii, in puritate cor-

 poris

poris & animæ exercendi. Qui uero postea ad coniugale se traducit consortiũ, aspicit retro, cum uxore Loth Geñ. 19. Nam ab officio uitam spiritualem exposcente transit ad carnem, a sublimiore sacramento ad demissius, & inferiore constitutũ loco, atq; cũ spiritu cæperit, carne consumat, Non est igitur ille, aptus regno Dei.

Rursus, Sacerdotes Leuitici generis ꝑ tempore sui ministerii, relicta domo, & uxoris contubernio, uersabant in templo, & morabantur illic in continentia usq; ad officii sui expletionem, ut ex Lu. 1. de Zacharia prius est adductũ, Huiusmodi autem sequestratio eoꝝ ab uxoribus, tempore ministerii altaris, diuino fiebat precepto, ut credere dignum est, cum legamus Leui. 8. Aaron & filios ei9 postq̃ consecrati fuerunt in Sacerdotes, totos septem dies ita in Tabernaculo diuersatos esse. Euangelicæ aũt Legis sacerdos, quottidianũ debet Deo impendere ministerium atq; continuum, aut Hostiam salutarem offerendo, aut alia Sacramenta fidelibus ministrando, pro sui officii qualitate. Debet igit & ipse,

semper

ſemper a Coniugali conſortio eſſe ſeparatus, ut iugiter in Templo miniſtret. Hoc aũt quõ preſtabit, ſi poſt ſui ordinationẽ implicet coniugio? Adde ad hec quæ diximus de Achimelech ex. 1. Reg. 21. qui dixit ſanctos panes manducari non poſſe, niſi ab his qui a mulieꝝ conſortio eſſent ſequeſtrati. Adde quoqꝫ & ea quæ adduximꝰ ex Apoſtolo. 1. Corin. 7. Sup̱ quæ uerba, ſacer Ambroſius in expoſitione tercii ca. primæ Epiſtolæ ad Timo. dicit. Si plebeis hominibꝰ orationis cauſa ad tempus abſtinere ſe, præcipit Apoſtolus, ut uacent orationi, q̃nto magis Leuitis, aut ſacerdotibus quos die noctuqꝫ ꝓ Plebe ſibi cõmiſſa oportet orare, Mundiores ergo eſſe debent cæteris, quia actores Dei ſunt.

Idem dicit Hiero. li. 1. contra Iouinianum, dicens, Sed & hoc inferendum, ſi Laicꝰ, & quicũqꝫ fidelis orare nõ poteſt, niſi careat officio coniugali, ſacerdoti, cui ſemp̱ ꝓ officio offerenda ſunt ſacrificia, ſemp̱ orandum eſt, ergo ſemp̱ carendum matrimonio, hec ille. Eandem ſententiam ponit idem Hierony. in Epiſtola ad Pammachiũ, in cuius E-

pistolæ calce subinfert dicens, Igit̃ ut dicere cæperamus Christus & uirgo Maria, utriusq; sexus, uirginitatis dedicauere principia. Apostoli, uel Virgines, uel post nuptias continentes, Episcopi, Presbiteri, Diacones, aut Virgines eliguntur aut Vidui, aut post consecrationem in æternum pudici, hec ille.

Quõ igit̃ poterunt sacri illi ministri post sui cõsecrationem ad altaris officium, ducere uxores? Et ne fiam hic in citandis sacris Authoribus æquo ꝓlixior, omnes Doctores uno ore clamant, & ex sacra scriptura deducunt, ministros Ecclesiæ, post sui ad sacra officia ordinationem, ad nuptias se conferre nõ posse.

Vnde & beat9 August. in lib. de Hæresibus refert de Iouiniano, ꝙ q̃uis nuptiarum esset Predicator, & uirginitatis extenuator, noluit tamen coniugii uinculo se implicare, ne illius pateret̃ molestias & angores.

Ex his patet quantũ errent Lutherani sacerdotes, una cum Luthero, qui ad nuptias se in sacris constituti cõtulerũt. Nemo tamẽ demiret̃, Nã Prouer. 18. dicit̃. Impius cũ in profundũ uenerit, contem-

côtemnit. Testaẽ quoq; Hieronim9 hæreticos raro castos esse & continentes. Nulla em̃ hæresis, nisi propter gulã uẽtremq; côstruiẽ, ut seducat mulierculas oneratas peccatis. Hec Hieronim9 in expositiõe tercii ca. Hieremiæ. Et rursum idẽ beat9 Hieronim9 in explanatione. 23, capituli eiusdẽ Prophetæ, ait. Côtẽplemur hæreticos, quomodo semel desperantes salutẽ, gulæ se tradant & deliciis. Vescanẽ carnib9, frequentes adeant balneas, musco fragrent, unguentis uariis delibuti, querant corpoꝝ pulchritudinem.

Et idem super Oseæ cap. 7. Volutantur in sordib9 libidinũ, uacant stupris, Et quicquid loquũtur, & putauerint se in laudẽ Dei dicere. Vlulat9 Luporum & Bacchaꝝ insanienciũ sonit9 est. Raro hæretic9 diligit castitatẽ, & quicũq; amare pudiciciã se simulant, ut Manichæus & Martion & Arrius & Tacianus, uenenato ore mella promittunt, cæteꝝ iuxta Apostolũ, quæ secrete agunt turpe est dicere.

Sed nunc ad ulteriora ꝓgrediamur, & monstremus cœlibatũ ministrorum

Ecclesiæ, quo post susceptos sacros ordines, prohibent͂ , a nuptiis contrahēdis, iuri etiā naturali esse conformē.

Et primo sic, Ordo naturæ est, ut ab imperfectiorib9 ad perfectiora fiat progressio, in successiua rerū acquisitione. Atqui in Sacramentoꝝ Ecclesiasticoꝝ serie, ordo sacer maioris perfectiōis habet rationē & conditionē, q̄ matrimonium. Nō aliter q̄ spirit9 anteit carnē, matrimoniū eñ ad carnalē ordinat͂ ꝓpagationē, ordo uero sacer ad spiritualem. Esset ergo id quiddā mōstro simile in ipso naturæ opificio, ꝙ quis post sacroꝝ ordinū susceptionē, quasi pedē referens a uia spiritus quā est ingressus, matrimonium inferiore gradu positū cōtrahat, & ad uiam carnis se transferat.

Secūda ratio, Id natura exposcit & recta ratio ꝙ legis sacratioris, & in qua excellentius sacrifitiū est offerendū, sanctiores sint & ministri. Debēt eñ illi equo rationis iuditio cōformari rei ipsi, cui exhibent ministeriū. Lex autē Noua, perfectior est Lege ueteri, omniū cōfessione, sicut ueritas perfectior est figura, æquū est igit͂ & ministros Noue Legis mundio-

mũdiores esse, q̃ fuerint ministri Veteris Legis. Atqui in Veteri Lege, iubent ministri sine macula esse corporis, seipsos sanctificare, lauare, uestimenta sua, abluere manus & pedes suos in labio æneo, cũ immolaturi essent pecudũ carnes. Igitur Euãgelicæ legis ministri syn ceriore debent effulgere mũdicia, corporis scilicet & animi, cũ accedunt sacrum altare immolaturi hostiã illã sacratissimã, quæ Cœlo & Terra est sublimior, om̃isq; puritatis & mũdiciæ fons exuberãtissimus. Hãc auté mundiciam quomodo sibi cõparabũt, si post sacros ordines matrimoniũ ineant? Vsus em̃ matrimonii, & si plerũq; possit esse sine peccato, corp9 tamẽ labefactat, & animũ quoquo pacto deprimit, neq; finit hominé ad omnimodũ cãdoré puritatis peruenire, qui sancta sanctorũ contrectanda deceat.

Tertia ratio. Id naturalis ratio edocet, ut Regi ac Principi non immundis aut sordidis uestibus seruiatur, sed q̃nto augustioris est authoritatis ipse Dominus, tanto nitidioribus uestibus debent ministri esse culti. Ipsius igit regis regũ

& Dñi dominantiũ, q̃les decet esse mi-nistros? nonne Stolis animi candidis amictos? & nitida ueste puritatis deco-ros? ut consimilem ferant habitum ei quo Dñs eorꝫ adornatus est puritatisq́ꝫ eius insignia gestent. Nuptiarꝫ aũt usus sine dubio corpus quodammõ reddit sordidatum, & animũ eius nebula qua-dam infectat atq́ꝫ obnubilat, quæ pul-chritudinem eius quoquo pacto deco-lorat. Quõ igiẽ qui in puritate accessit altaris ministeriũ, postea reiecta illa ue-ste candida, ad nuptias se traducet?

Hoc idem humana iura dicunt, unde 21. dist. ca. Presbiteris. Calixtus primus, qui floruit circa annum Dñi ducentesi-mum decimũoctauũ, Vir miræ sancti-tatis, & martir, dicit Presbiteris, Diaco-nibus, subdiaconibus, & Monachis, cõ-cubinas habere seu matrimonia contra here penit⁹ interdicim⁹, contracta quo-q́ꝫ, ab huiusmodi personis disiungi, & p sonas ad pœnitentiam redigi debere, iuxta sacrorꝫ Canonũ definitionem iu-dicamus.

Ex his uerbis, non leuis coniectura su mitur idem decretum de nupciis non

con-

114

345

contrahendis a ministris Ecclesiæ, postq̃ diuino cultui sunt consecrati, añ Calixti tempora fuisse constitutum.

Pretereo silẽtio multa alia huiusmõ. decreta ut decretum Synodi Cæsariensis, Decretũ Concilii Toletani etc. quæ quãq̃ humana est sanctio, est tñ diuini iuris pariter & naturalis declaratoria & explicatiua, quemadmodũ dictum est.

Quod si quis iterum insurgat & dicat, Si ita se res habet, ut diuini iuris sit ea sanctio, & uim obligatoriam ab initio Legis Euangelicæ sortita, quid opus fuit illi superaddere sanctionem humanam. Longo post tempore in Conciliis decretam?

Respondetur, hoc ideo factum est, ꝙ pleriq; deprehensi sunt diuersis temporibus transgressores illius legis, diuino & naturali iure firmatæ, Ob quorum, frenandam audatiam, necessarium fuit innouare sæpius eandem legem, declaratoriam diuini iuris ordinatione pontificia aut Synodali.

Errant igitur uehementer, qui Sacerdotes ad Coniugium subeundũ inducunt, quod omni iure diuino, naturali & hu-

& humano, monstratum est esse ꝓhibitum, quodq; ab initio coruscationis Euangelicæ, nūq̄ a quopiam Christianæ legis obseruante uiro, sincæræq; pietatis studioso, legit̃ fuisse factitatum, sed ab his tantummō, qui Dei timore postposito, uenenosis Hereticoꝶ suasionib⁹ aures suas patefecerunt, illorūq; seducti ꝑniciosis erroribus, Ecclesiasticas Leges conculcarunt. At horum non sunt imitanda nobis Exempla.

Porro, hec quæ dixim⁹, præsertim de Apostolis, a suis uxoribus separatis, non eo tendunt, ꝙ asserere uelim, in principio legis Euangelicæ, indictam fuisse sacerdotibus, ante uxorio uinculo alligatis ꝑpetuam continentiam obligatoria lege, aut interdictum coniugii usum.

Non em̄ me latet illud dictum beati Pauli. 1. ad Timo. 3. Oportet Episcopū esse unius uxoris uirum, filios habentē subditos etc. Et paulo post ibidem, Diacones sint unius uxoris Viri, qui filiis suis bene præsint & suis domibus. Similiter idem ad Titum scribens capit. 1. Si quis inquit sine crimine est, unius uxoris Vir, filios habens fideles, non in accusatione

cusatione luxuriæ, aut non subditos. Hunc decernit Episcopum constitui debere.

Veruntamen hec Apostoli uerba ad Timotheum & ad Titum, modo citata, non ita intelligenda sunt ꝙ in principio Ecclesiæ Christianæ, nemo assumẽdus esset ad Episcopatum, aut Diaconatum, nisi foret unius uxoris Vir, quem plane sensum nobis aduersarii assignare moliunť, Nam ut Hiero. lib. I. contra Iouinianũ, testať, beatus Ioannes Apostolus & Euangelista, Episcopus fuit, Ephesinam Ecclesiam moderans, & tamẽ uirgo electus est a Dño, & uirgo in æuũ permansit. Sanctꝰ itidem Iacobꝰ frater domini Hierosolimorũ fuit Episcopus, qui tamen uxore carebat. Demum beatus Stephanus, ab Apostolis constitutꝰ fuit Diaconus, cum cæteris sex, in idem ministerium electis, & tamẽ quis ꝓbare poterit Stephanum uxorem habuisse? Immo serenitas uultus eius, quando intuebanť uultum eius tanq̃ uultum Angeli, index erat internæ puritatis & corporis & animi, qua mirifice effulgebat. Sed hec est sana intelligentia prædictorum

torum uerborum Apostoli, quod si quis coniugii uinculo obstrictus, in tempore nascentis Ecclesiæ Christi, assumeretur ad Episcopatum aut Diaconatum, oporteret illum unius tantum uxoris esse uirum, & non bimaritum aut Bigamum. Nam si quis duas duxisset uicissim uxores, & Bigamus esset, non debuit ad Episcopatum aut Diaconatum admitti. Ex huiusmodi auté intelligentia, quā ibidem expetit Paulus, nihil contra nos aduersarii possunt moliri, ut infra.

Vnde circa prima tempora nascentis Ecclesiæ, licuit his, qui nullas expti fuerant nupcias, sed Celibes uixerant, & deinceps in cœlibatu reliquam uitam agere constituerant, Ecclesiasticos ordines accipere, altarisque se addicere ministerio, Quéadmodū sancti patres, Linus, Cletus, Clemens, Anacletus, & reliqui circa tempora Apostolorum Ecclesiam catholicam moderati, ppetuum seruasse cœlibatum haud absurde creduntur.

Scdo, Licuit circa eadé tempora, eos qui prius uxores duxerant, Ecclesiasticū sortiri gradum, suasque relinquere uxores Non quidem quantum ad uinculum, aut curam

curam Maritalem, aut subministrationem necessariorum, sed q̃ntum ad officium Coniugale, a quo deinceps penitꝰ abstinebant, consencientibus in eandẽ continentiam eorum uxoribus, Et tales erant Apostoli, post suam ad Apostolatum uocationem, quemadmodum ex Hieronymo prius est patefactum, Talẽ etiam fuisse crediderim Philippũ Euangelistam, beati Pauli hospitem, cui erãt quattuor filiæ uirgines Prophetantes Acto. 21.

Tertio, etiã licitũ fuit circa primã lactentis Ecclesiæ curricula, eos, qui prius sibi asciuerant uxores, ad Sacerdotiũ ꝓuehi, & Ecclesiasticos gradus, suisq; adherere uxoribus & cohabitare, non solũ quantũ ad matrimonii uinculum, & curam domesticã, sed etiã quãtũ ad usum coniugii, recta ratiõe moderatũ, Tunc eñ (ut inquit Hieronimus lib. 1. contra Iouinianum) in nouello germine, leuiora precepta dabant, & quia nec tanti uirgines erant, quãti necessarii sacerdotes, ideo sunt ordinati mariti, hec Hieronimus.

Et certe non expediebat Primitiuæ
Ecclesiæ,

Ecclesiæ, imponere legem continentiæ sacerdotibus, aut illis interdicere usum Coniugii, ne asperitate aut duritia legis illius deterriti, resilirent ab officio sacerdotali suscipiendo, aut ab amplectenda lege Euangelica, Expectandum sane erat tempus quo ad radicaret Ecclesia, solido fundamento, Itaq; in ipso exortu nascentis Ecclesiæ, cõmendabat quidem, ut honesta & decens sacerdotalis continentia, & a plerisq; obseruabatur, spontanea & uoluntaria deuotione, nõ tamẽ obligatione legis in omnes positæ, neq; necessaria constrictione. Et ita intelligit illud quod dicit in li. Decretorum, Dis. 28. ca. Si quis docuerit, ubi dicit, Si quis docuerit Sacerdotem sub obtentu religionis ꝓpriam uxorem cõtemnere, Anathema sit. Inter Canones aũt Apostoloꝝ, hic sexto ponit loco in hunc modum. Episcop9, aut Presbiter, uxorem ꝓpriam nequaq̃ sub obtentu religionis abiiciat. Si uero reiecerit, excõmunicet, sed si perseuerauerit, abiiciat. Ecce, tempore constitutionis illius Canonis, licuit sacerdoti habere uxorem, ante consecrationis tempora ductam,

quã

quã iubebat non reiicere, nec contemnere, quare officium Coniugale illi exposcenti debuit exhibere.

Probatũ est, sacros Altaris ministros debere continentiam seruare. Attamen hec omnia adhuc confirmant, per uotũ quod in sacrorum Ordinum susceptione ædunt, de seruanda deinceps perpetuo continentia. Et hoc pficiscitur ex Ecclesiæ constitutione, quæ hanc legem definiuit, & promulgauit, neminem debere subire sacrum Altaris ministerium nisi qui continentiæ professionem fecerit, Deoq; promiserit, se deinceps in cœlibatu uitam acturum. Nec aliter admittitur quisq̃ ad sacros Ordines. Quod testimonio illustrium Authorum sacrorumq; Canonum facile probatur.

Et primum Origenis, qui sup librum Numeri ut ante ex eo adductũ est, ait, unde mihi uidet, q illius solius est offerre sacrificium indesinens, qui indesinenti & perpetuæ se deuouerit castitati, Sacrificium indesinens, est iuge illđ sacrificium Altaris, quo Dominicũ corpus & sanguinem quottidie offerũt Sacerdotes in Templo Dei.

Z Preterea

Preterea uenerabilis Beda in explanatiõe illorũ dñi uerborũ, Matth. 19. Qui potest capere capiat, nõ semel affirmat, sacros Altaris ministros cõtinentiæ uotum ædere. Antequam cœperit (inquit) Sacerdos per uotũ, uideat si possit implere promissum.

Item ibidem Beda, Qui iam consensit esse Sacerdos, uoto castitatis se sponte constrinxit. Quib9 uerbis, nihil apertius aut clarius dari queat, ad ꝓbandũ propositũ, utputa quod sacerdotiũ, aut alium quemlibet sacrũ Ordinem suscipiens, uoto perpetuæ castitatis seipsum alligat & obstringit,

Similiter & beatus Greg. dist. 28. cap. ecce ostensum dicit, Ecce ostensum est, q̃ nolentes uouere continentiam, nec ad subdiaconatum, nec ad superiores gradus conscendere possunt. Vide similem sententiam in eadem dist. 28. cap. qñ. Item dist. 31. ca. quoniã in. Et in alijs plerisq; locis.

Quod si quis obijciat, q̃ tale uotum non exprimit̃ aperta uocis ꝓlatione, a suscipiente sacros Ordines, neq; etiam Episcopus qui ꝯfert ipsos Ordines, exigit

git tale uotum, sed tantum admonet, ut sacris insigniti Ordinibus, deinceps castam ducant uitam, unde ergo talis ad uotum obligatio enascitur?

Respondet, quod non minus facta exteriora loquunt, & uim inducunt obligatoriam, quam uerba ore prolata. Habent enim & opera ipsa suam locutioné, qua alijs quippiam insinuant, aut ea facientes ad aliquid constringunt. Suscipientib9 aút sacros Ordines, sensibilia aliqua signa admouentur & applicant ab Episcopo illos conferente, quæ designant eos ad hos prouehi Ordines, eademq; sponte suscipiunt ab alijs, ut uestes sacræ, Calix cum Pane, libri sacri, & cætera id genus. Eorum ergo exteriorum signorum susceptio uoluntaria, quæ adhibent ab Episcopo, est protestatio uoti continentiæ, accedente ecclesiastico prescripto, neminem ad talem consecrationem admitti debere, nisi continentiam profiteat, Sicut & in Religiosis, susceptio Habitus Monastici, & professio Regulæ Monasterialis, obligat eos ad obseruationem castitatis, uotoq; obligat ad perpetuam illius custodiam.

Tale ergo uotũ, licet etiã uoce non sit expressum, quod quidã uocant uotũ tacitũ, non minus obligat, q̃ si uoce esset depromptũ. Quéadmodũ. 28. Dist. ca. Diaconi. Canon testat̃, hoc modo. Quicũq; sane tacuerint, & susceperint man⁹ impositioné, pfessi cõtinentiã, si postea ad nupcias puenerint, a ministerio cessare debebunt.

Quod si quis dixerit. Ego quũ sacros suscipiebã ordines ignoraui hãc legem Ecclesiasticã, qua obstringunt̃ illis gradib⁹ insigniti ad cõtinentiæ uotũ, & si fuissem pmonit⁹, nũq̃ tali iugo subdidissem colla, Respõdet̃, huiusmodi ignorantia, cũ sit iuris, & eoꝶ quæ agenda sunt, non excusat te a peccato, si uoti fueris transgressor, Immo potius aggrauat, cũ debuisti illud scire, anteq̃ hoc iter ingressus es. Nullus eñ aliquod uitæ institutũ debet assumere, si non pri⁹ exacte perquisierit rationé, & modũ talis status, & quæ nã in eo pstanda sunt officia.

Ob eã causam pœnæ grauissime institutæ sunt incõtinentiũ sacerdotũ aut Diaconoꝶ. Vnde Dist. 81. cap. Si qs

Episco-

epus, ex canonib9 Apostolorum desumit, hoc Decretũ, Si quis Epũs, aut presbiter aut diaconus, post diaconi gradũ acceptũ, fuerit fornicatus, aut mœchat9, deponat, & ab Ecclesia proiect9, inter Laicos, agat pœnitentiam.

Omitto debita opera, & cõplures alios Canones consimilis sententiæ.

Sed iam soluendæ sunt rationes, quibus aduersarii nituntur probare oppositum.

Et primo obijciunt sic, Sacerdotes Mosaicæ legis, uxores habebant, etiã diuina institutione, ut patet Leui. 21. ergo consimili Exemplo itidem faciendum est in lege Euangelica.

Respondet. Iam ad hoc responsum est illius temporis Sacerdotes recte tunc uxores ducebant. Nam cum ex sola tribu Leuitica eligerent ministri tabernaculi, ad Sacerdotale officium uti constituerat Deus, & in officio summi sacerdotis, filius, patri de mortuo succiendus esset, etiam ex diuino Decreto, Nisi ergo Sacerdotes illius temporis fuissent

cōiuncti matrimonio, interijsset demū tota trib9 Leuitica, & ita nulı9 tandem inuentus fuisset minister ad exercendū tabernaculi ministeriū, quod est absur- dum, In Lege uero Euangelica, ad con- tinuam sacerdotum multiplicationem non exquirit ꝓpagatio carnalis, sed in- stitutio spiritualis, & consecratio eoꝝ, ex quacūq; gente, aut natione sumant. Et ergo nulla nūc necessitas, ut tūc, adi- git sacerdotes ad nupcias cōtrahendas.

Preterea, infirma ē ista ratio, cū dicit, Iste fuit Ritus Veteris Legis habere Sa- cerdotes Vxores, ergo & in Noua Lege idem faciendum est. Quemadmodum si argumētaret sic, Nostro tempore un9 uir potest habere plures uxores, quia in de cursu antiquæ Legis pluralitas uxo- rum concedebat. Aut nūc carnibus Su- illis utendum non est, quia in Veteri Le ge illis non utebant, & sic de cæteris.

Scd'o arguunt aduersarij, Zacharias Sacerdos Deo acceptus habuit uxorem Elizabet Lu. 1. ex quibus Ioannes Bap- tista Preco Dñi natus est, Similiter Apo stoli Christi, fuerunt uxoribus cōiuncti, qui tamen ad sacerdotalem dignitatē a

Dño

Dño assumpti sunt. Ergo exemplo hoꝝ coniugia sacerdotibꝰ etiam nostri temporis sunt admittenda.

Respondet, ut iam dictum est, ex sententia Hieronymi ꝯtra Iouinianum, ꝙ Zacharias & Elizabeth, inter eos numerandi sunt qui ab initio legi seruierunt. Sed iam Vetera transierunt, & noua facta sunt omnia, & cum noua Lege, etiã noui introducti sunt mores. De Apostolis uero dicit idem Hiero. ibidem, ꝙ ipsi eas duntaxat habuerũt uxores, quas eo acceperant tempore, quo Euangelium nesciebant, qui assumpti postea in Apostolatum, reliquerunt officium cõiugale, ut dictum est. Id unum addit hic, ꝙ Hiero. ibidem sentit, solum inter Apostolos Petrum habuisse uxorem, Excepto inquit Petro non est manifeste relatum de alijs Apostolis ꝙ uxores habuerint etc. Sed siue etiam alij habuerunt, nihil id refert ad presens negociũ, Sufficit quod eas dimiserunt q̃ntũ ad usum coniugij, ut dictum est.

Neq; etiam potest ullatenꝰ suffragari aduersarijs illud dictũ beati Pauli. 1. Cor. 9. Nũquid potestatem nõ habemꝰ,

sororem mulierculam circumducendi, sicut & cæteri Apl'i, & fratres dñi, & Cæphas. Nam ibi p mulierem, non coniugem intelligit Apl'us, ut falso exponunt aduersarij, sed piam quamlibet & sctãm mulierem ex eaꝶ numero, quæ sequebãtur Apl'os predicationi uerbi diuini intentos, & ministrabant illis de facultatibus suis, ut exponit idem Hiero. & alij. Ergo Apl'us non dicit, ducendi, sed, circũducendi p ꝑuincias scz.

Tertio arguunt, Per illud uerbum Apostoli de Episcopo, ꝙ uni⁹ uxoris debeat esse uir, & de Diaconibus ꝙ Monogami esse debeant ut ad Timo. & Titũ scribit. Ergo tempore Apl'oꝶ sacri ministri altaris uxoribus fuerunt coniũcti, quapropter eodem iure id nunc licitũ esse debet.

Responde͂, ut iam dictũ est, Esto em̃ ꝙ in noue Legis exordio non fuerit imposita sacerdotibus ꝯtinentia, quia nec dum illo tempore constituta erat ea lex de cœlibatu Clericoꝶ, Neqꝫ conditioni illius temporis expediebat, huiusmodi tũc regulam statuere, Nũquid tñ idcirco posteri pperam faciunt, seruantes castitatem

ſtitatem in ordinib9 ſuis ex inſtituto ec-cleſiæ obligatorio poſtea ordinato? Nonne q prius non fuerat inſtitutum, potuit ex rationabili cauſa, & ſuggerente ſpũſctõ poſtea conſtitui? Nõne & regula ſacerdotalis uitæ, in principio rudis minuſq; polita, paulatim p ſuperad ditas leges honeſte uiuendi, poſtea fieri potuit pfectior atq; politior? Non eñi oĩa uno eodẽq; omnino tempore circa aliquod uitæ gen9 fuerunt ab Eccleſia conſtituta, ſed hoc uno tempore, & illd alio, uti efflagitabat oblata occaſio, & temporis ɔditio. Quã congrue aũt Lex de cœlibatu Clericoꝝ poſtea ſit inſtituta, iam dictum eſt.

Quarto arguũt, Non eſt maioris perfectionis Eccleſia hodierni tẽporis, q̃ fuerit primitiua. Sed in illa primitiua Eccleſia, nõ fuit indicta maiorib9 Eccleſiæ miniſtris cõtinẽtia. Ergo neq; poſtea debuit indici, neq; nũc ſeruari. Alioqui uideremur uelle aliquã perfectionẽ ſuperaddere illi ſtatui primeuæ Eccleſiæ, qui tamen ſtatus, ut maxime erat ꝓpinqu9 Chr̃o & Apoſtolis, ita perfectiſſim9 erat & amore Dei feruentiſſimus.

Respõdet, Cõcedẽdũ quidẽ est utrũ-
q;, quod hic assumit, negandũ tamẽ qđ
colligit, ꝑpter aliquantã diuersitatẽ in
quibusdã cõditionib9 utriusq; Ecclesiæ,
atq; in mẽbris eaꝝ uarietatẽ accidenta-
lẽ. Nã in ipso initio Legis Euangelicæ,
rar9 erat numer9 Christianoꝝ, & huius-
modi paucitas adigebat Ecclesiã ad hãc
necessitatẽ, ꝙ oportuerit tũc ministros
Ecclesiæ assumi, ex cõuersis a gentilita-
te, aut Iudaismo ad fidẽ catholicã, qui
ut plurimũ ante huiusmodi ꝯuersionẽ
habebant uxores, quas propter Christi-
anæ legis ꝓfessionẽ nõ licebat eis abij-
cere, quia plerũq; & ipsę cũ suis uiris ad
sacrã fidem cõuertebant, aut saltem cõ
sentiebant eis cohabitare sine cõtume-
lia Christianæ religionis. Et certe illo tẽ
pore accipiendi erant Ecclesiæ ministri,
quales poterant tũc haberi & inueniri.
Nõ aũt inueniebant eo tẽpore ad alta-
ris ministeriũ assumendi, nisi ut pluri-
mũ astricti uinculo cõnubiali. Quare
nõ expediebat circa id tẽpus, cõtinenti-
am iudici ministris Ecclesiasticis. Po-
stea uero excreuit populus Christianus
ob cui9 multitudinẽ facile potuerunt
inueni-

inueniri ad offitiū Ecclesiæ exercendū, qui ab infantia in fide sancta creuerūt, & necdū cōiugio obstricti. Ideo oblata est occasio statuendi legē, de cœlibatu huiusmodi ministrorum.

Quinto arguūt, Dicit Apostolus de Epō ꝙ debet esse unius uxoris uir etc. Respōdet, iam de hoc dictū est. Negā-dū est tēpore Apostoloꝝ latā fuisse legē de Epō, ꝙ debuerit esse uniꝰ uxoris uir Et de Diaconis similiter, Alioquin neq; ipse Paulus fuisset Epus, cū uxorē nūq̄ habuerit, sed integrā deo uirginitatē ser-uauerit, ut ꝓbat beatꝰ Ambrosi. Ex illis uerbis beati Pauli .1, Chor. 7. Bonū est illis, si sic permaneāt sicut ego. Quomō autē intelligat illud de Epō unius uxo-ris uiro, iam dictum est.

Sexto arguūt, Dicit Apostolꝰ. 1. Cor. 7. De his qui uinculo cōnubij nō sunt cōstricti. Quod si se nō cōtinent, nubāt, melius est eñ nubere q̄ uri. Ecce Apo-stolꝰ cōcedit facultatē nubendi, ut uitē-tur acriora carnis incendia.

Respōdet, Hoc dictū beati Pauli in-telligit de his qui in sua adhuc liberta-te cōstituti sunt. Vt sine Dei offensione

cōiugiū ſubeant;aut ab illo abſtineant, Nec aliquo uoto ſe obſtrinxerūt, ad ſeruandā continentiā perpetuo. Miniſtri aūt ſacroꝝ ordinū, Deo uotū ædiderūt ſeruandæ cōtinentiæ,ut ꝓbatū eſt,ergo iam adempta eſt eis libera facultas nuptiaꝝ. Quis eñ eos coegit,ut ſacros ſubirēt ordines? Quia igiť ſpōte ſe eis ſubmiſerūt, manere eos in caſtimonia eſt neceſſe. Alioquin dānationē habebunt, ut patet ex uerbis beati Apoſtoli .1. Timo. 7. Qui ſcribens de uiduis,quæ,uiris orbatæ,deuouerunt ſe ꝑpetuæ caſtitati, poſtea tñ nupſerunt,dicit,Adoleſcentiores aūt Viduas deuita,Cū eñ luxuriatæ ſunt,in Chriſto nubere uolunt,habentes dānationem,quia primā fidem irritam fecerunt,primā fidem id eſt uotum caſtitatis quod defunctis uiris ſuis Deo ædiderūt ſcďm ſacros expoſitores.

Vñ Hiero. exponens illa uerba Apľi 1.Cor.7. Si nupſerit uirgo nō peccauit, ita exponit,Illos dicit Apľus non peccare ſi nubant,qui nondum Deo uouerūt caſtitatem.Cæteꝝ qui uel in corde ſuo ꝓmiſit,ſi aliď fecerit,habet dānationē, quia primā fidem irritam fecit. Quod eñ

em̃ erat licitum, ꝑ uotum sibi fecit illici-tum, sicut Ananiæ & Saphiiræ Acto. 7. quib9 de precio possessionis suæ retine-re nihil licuit, ob quam causam & subi-ta morte prostrati sunt.

Septimo arguunt, Dicit Apl̃us. 1. Ti-mo. 4. In nouissimis diebus, discedent quidam a fide, attendentes spiritib9 er-roris, & doctrinæ Demoniorum etc, se-quit̃, ꝓhibentium nubere. Qui autem ministros Altaris ad continentiæ arcti-tudinem obligarunt, hac sua constitu-tione, prohibuerunt eos nubere, contra doctrinam beati Pauli.

Respondetur, Illa uerba Apl̃i, in eos duntaxat dicunt̃, qui nuptias in uniuer sum damnant, & nulli hominũ generi easdem licitas esse astruũt, Quales erãt Taciani etc. Qui aũt ministris Ecclesiæ sacris, nuptias interdixerunt, non dam nant in totum statum Coniugalẽ, im-mo dicunt cum Paulo Honorabile esse connubium, sed tantũmodo definierũt eos qui altaris ministerio deputant̃ nõ debere matrimonij impedimentis se in uoluere, ob dignitatem illius muneris, Quo quidem statuto nõ simpliciter ꝓ-

hibent nubere quibusuis hominib9,sed eis tantum,qui ecclesiasticæ uitæ genus amplectunt.Queadmodum nec Apl'us improbauit nuptias, qñ Viduas post factum Deo castitatis uotum nubere uolentes,seuere redarguit.

Octauo arguunt, Matrimonium inter cæteras causas institutionis eius,est ordinatum in remedium carnalis concupiscentiæ, Morbus autẽ huiusmodi desideriorum carnis,uehementer inualescit in his qui ministerio altaris mancipant,in etate iuuenili & integra, & nõdum habent feruorem mitigatũ,Ergo non est denegandum ipsis hoc remedium coniugalis societatis,ne eo destituti precipites ferant in omnẽ libidinem.

Respondet, uerũ quidem est,q̄ matrimonium sit remedium ad uitandam Fornicationem in his qui talem medicinam possunt pro conditione uitæ & status sui,huic admouere morbo, At non solum medicamentum atq; Antidotũ contra huiusmodi naturæ corruptæ languorem,est usus Matrimonij, sed longe efficatius & ministrorũ Ecclesiæ gradui atq; conditioni congruentius, est maceratio

carnis,

carnis, ocij deuitatio, declinatio a mulierum consortio, repressio corporis a delicata nutritione, societatis libidinoso euitatio, exteriorum sensuū ab illicitis assidua custodia, & interior prauarum cogitationū & affectionum carnalium repressio. Hec Septem remedia ad uersus Luxuriam ponit Bonauentura in postremo cap. primi libri sui de ꝑfectu Religiosorum.

Dices, Difficile est continere se in castitate, etiam cum his remedijs, Respondet. Sed hic audiendus est Poeta Ouid. Difficile est fateor, sed tendit in ardua uirtus. Et Aristote. Virtus circa difficile uersat, Delicat9 certe Miles est, qui sine pugna uult uictoriæ palmam obtinere.

Nono arguunt, Nemo ad impossibile obligat, Multi aūt sunt qui sacris insigniti Ordinibus continentiam illabefactam conseruare non possunt, Ergo sacius est illis, Coniugalem statū concedere, q̄ illum prohibendo, occasionem ipsis prestare proruendi in flagitia infanda.

Respōdet, Quāuis ꝓprijs nixij uiribus flāmas libidinis homines extin-

guere nō possint. Diuino tamē auxilio freti (quod inuocantib9 nūq̄ deesse so- let) id prestare possunt. Et quæ Deo ad- iutore facimus, nequaq̄ nobis impossi- bilia esse dicenda sunt. Psalm. dicit. In Deo faciemus uirtuté. Et Apostolus ad Philip. .4. Om̄ia possum in eo qui me cōfortat. Quid igit̄ obtendimus nimi am carnis infirmitaté, & uerba cōcinna mus ad excusandas excusatiões in pec- catis, causantes impossibilé nobis esse cōtinentiā? Si quis infixus ꝑfundo luto non posset suo nixu eximi, sed si alteri manū extédés prompte inde possit exi- mi. Nonne talis recte dicit̄ posse cœno- so illo lacu exire? Ita in ꝓposito. Si er- go ad inuocandū Deū nō confugim9, neq; armaturā sumim9 ad hác collucta tioné subeundā, sed manus uictas ultro damus hosti, quis probe poterit queri, nos nō potuisse hosté cōtra nos blandi cijs uoluptatū dimicanté ꝓsternere? Po tuimus quidé, sed noluim9, & nobis so- lis, nō Deo nec cuiq̄ alteri imputanda est culpa.

Audi Chrisostomū super Epistolā ad Hebræos, Nō dicere oportet, non pos- sum

ſum cõtinere,& accuſare conditorẽ. Si ẽm impotẽtes nos fecit, qui iubet accuſand⁹ eſt. Quomõ igiẽ dicis, multi non poſſunt? quod nõ uolũt. Dic, Si ẽm uoluerint, oẽs potuerint. Propterea & Paulus ait. 1. Chor. 7. Volo oẽs eſſe, ut meipſum, quia ſciuerat, q̃ omẽs eſſe poterãt, ut ipẽ. Et Chriſt⁹ Matth. 19. Qui poteſt capere, capiat. Et ante, Nõ omẽs inquit capiũt uerbũ iſtud. Nõ dixit, nulli capiunt uerbũ iſtud, qa poſſunt ex Dei gratia, qui uolunt, poterãt hoc etiã tenelle uirgines. etc,

Decimo arguũt, Dixit Chr̃us Matth. 18. Ve per quẽ ſcandalũ uenit. At inter multa ſcandala hui⁹ mũdi, illud admodũ eſt graue & dedecoroſum, quod ex ꝯcubinatu miniſtroꝶ Eccleſiæ enaſcit̃, & ex illicito cõſortio cũ mulierib⁹ quas domi, more uxorũ, eodẽ fouent tecto, eadẽq; menſa educant. Illud autẽ ſcandalũ, oritur per legẽ, quæ ipos ad cõtinentiã aſtringit, Vt igit̃ ſuccidat̃ materia huiuſmodi ſcandaloꝶ abrogãda eſt illa Lex de cõtinentia Sacerdotali.

Reſpõdet̃, Negandũ eſt prorſus, q̃ tale ſcandalũ, qđ conſpicit̃ inualeſcere in

Ecclesia Dei, ex turpi cōcubinatu Sacer-
dotū, ꝑficiscat ex illa regula cōtinentiæ
indictæ. Sed dūtaxat orit ex illi9 regu-
læ præuaricatiōe & uiolatione, & quo-
niā ad unguem nō seruat ab his, qui se
illi obseruandæ sponte sua subdiderūt.
Proinde hæ morū corruptelæ, sunt stri-
cte exterminande p Rectores Ecclesiæ,
& Regula continentiæ in suo uigore est
tenenda.

Si ꝑpter multitudinem eorū, qui re-
ctam aliquā constitutionem transgredi
unt, sumi putetur efficax argumentū, ꝙ
illa sit abroganda, oporteret & legē ma-
trimonii ab hominū societate tollere,
eo ꝙ multi in Matrimonio constituti
Adulteria cōmittunt. Similiter, oporte-
ret & p̄cepta Dei de ꝓhibitiōe uani iu-
ramenti, Homicidii, Furti, fornicatiōis,
uiolationis, festi penit9 aboleri, quoniā
multi inueniunt hec precepta transgre-
dientes, Et deniq; nihil relinqueret, aut
diuinarū, aut humanarū Legum, quod
non oporteret demū rescindi, quia fer-
me omnium illaꝝ inueniunt plurimi
præuaricatores. Sed quid tunc in rebus
humanis esset ordinatum, aut stabile si
passim

passim omnes Leges tollerent, & sine Lege uiuerent homines.

Notissimũ quidem est spectatissimis rectiq; iudicij uiris, ꝓlapsiões ipsas, atq; exorbitatiões a legib9 ipsis utiliter ordinatis, ansam dedisse Hæreticis, sanctæq; Dei Ecclesiæ oppugnatorib9, obloquẽdi in huiusmõi Leges, atq; elaborãdi ꝓ omnimoda eaꝝ abrogatiõe ac exterminatiõe. Sed nõ est ratiõabile hoꝝ obsequiũ, Neq; zelum Dei habent scd'm scientiam, qui ꝯtendunt ob multiplicatũ in agro dñico zizaniũ, eradicare simul & triticũ, ad cõmodiorem zizaniorum exstirpationẽ, cum pocius conari deberent, ut saluo incolumiq; Tritico, solum euellerentur zizania,

Vndecimo arguunt, Cõtinentia ministroꝝ Ecclesiæ repugnat diuino illi p̃cepto primis Parentib9 tradito, & finito diluuio repetito, Crescite & multiplicamini & replete terrã Geñ. 1. & 9. Item repugnat illi dicto beati Pauli ad Heb. 13. Honorabile connubiũ, Thorus immaculatus, cur ergo nuptiæ Clericis & Sacerdotib9 interdicũť ? An quod De9 approbauit, & ei9 Ap̃lus, humanæ tradi

tiones poterunt improbare? Ergo mi-
nor erit autoritas Dei q̃ hominũ? Re-
spondet, Sicut uerum, nũq̃ alicubi uero
repugnat, ita nec una recta constitutio,
cũ alia dissonantiã habet aut dissidium
modo circũstantiæ earũ debita ratione
attendant. Quare prorsus negandũ est,
cõtinentiam sacerdotũ præcepto diui-
no iuri ue naturali aduersari. Ad illđ au
tem Dei uerbum ex Geñ. respõdet Hie-
roni. li. 1. ꝯtra Iouinianũ, dicens, Quod
ait, Crescite & multiplicamini, & reple-
te terram, necesse fuit prius plantare sil-
uã, & crescere, ut esset qđ postea posset
excidi. Simulq; cõsiderãda est uis uerbi.
Replete terram. Siquidem nuptiæ ter-
ram replét, Virginitas Paradisum, Hec
ille. Vbi insinuat illa a Dño dicta esse
uerba, qñ multiplicandũ erat genꝰ hũa-
num p ꝓpagatiõem carnis, quod tunc
rarum erat, & in paucis consistebat ho-
minibꝰ, Cum uero illud, numerosa mul
titudine erat adauctũ. non amplius id
Dei uerbũ, ꝑcepti uim habebat, sed spiri-
tualis bonorũ operum ꝓpagatio, cum
infæcunditate carnis, pocius p ꝯtinen-
tiæ salutaris exercicium ꝯsulebat, Neq;
huius-

huiusmodi cœlibat⁹ constitutio imposita sacerdotib⁹, uertitur in sugillationē aut dānationē nuptiaꝝ, sed cōtinentia illis iure præferenda, Qui aūt ad meliora sublimioraq; ꝓuocat, nequaq̄ quod inferius est bonum, & minus, damnat, Alioquin Dn̄s noster Matth. 19. exhortans ad tertium illud Eunuchoꝝ genus amplectendū, qui se castrant ꝓpter regnum Dei, nupcias improbasset, Et beatus Paulus p̄claris extulit laudib⁹ Virginitatem. 1. Cor. 7. p̄posuitq; Connubio non tn̄ p hoc uituperauit Matrimoniū

De inuocādis sanctis/ Articulus octauus.

agnus Error est eoꝝ, qui orationib⁹ Sanctorum detrahunt autoritatē, minusq; eis tribuunt q̄ par sit, dicentes, Sanctos cū hāc uitam degunt orare quidē pro alijs, & impe-

trare illis a Dño beneficia. Cũ uero cor pore exuti, ad æternam trãslati sunt ui- tam. Nõ posse amplius eos pro aliis o- rare. Hoc uenenũ iamdudũ euomuit Vigilãtius hereticꝰ post Iouinianum, & Eunomium, deinde etiã Lutherus cum suis cõplicibus, Heresim hanc renouaue runt, quã beatꝰ Hieronimus libro con- tra Vigilantiũ iamdudũ cõfutauit.

Probemꝰ ergo ꝙ sancti in cœlo exi- stentes pro nobis orent. Primo rationi bus, Deinde Scripturis.

Prima ratio, Sancti in hoc mũdo de- gentes pro aliis etiã uiuentibus, orabãt Deũ, ut patet, absoluti autẽ a corpore, & nũc ante cõspectũ Dei assistẽtes, ne- quaq̃ sunt deterioris cõditionis, ut pre- ces pro nobis Deo [illegible] audiant, q̃ fueran[illegible] ge melioris & utili[illegible] sancti orant in cœl[illegible]

Secũda ratio, Sa[illegible] cõstituti, infirmita[illegible] bus erant obnoxi[illegible] bono in malũ sub[illegible] salute cõsequenda, non parũ adhuc so- liciti. Nũc uero constituti ciues & do- mestici

mestici Dei, cõualuerunt ab omni infir-mitate spirit9, iam sunt securi de sua beatitudine, ut dicit Augusti. lib. Meditationũ. Qui securi inquit estis de uobis, soliciti estote de nobis. Si igit in hoc mundo pro aliis orarũt, nõne fortiores iam facti & beatiores. ualentiore iure idem prestabunt munus, iam in cœlo gloriosi?

Tertia ratio, Oratio quæ fit ꝑ aliis, emanat ex charitate & dilectione in ꝓximũ. Vbi ergo maior fuerit charitas, & ardentior, est & oratio, pro alioꝝ salute diligentior. Sed sancti in requie eternæ beatitudinis, feruentiorẽ habẽt charitatẽ erga nos hic uiuentes, q̃ habuerint adhuc in carne mortali, quãdo adhuc terrena inhabitatio deprimebat eorũ sensum multa cogitantẽ. Nã charitas nõ excidit. 1. Chor. 13. Imo perficit in patria, Ergo sancti illi feruentissima flamma succensi, etiã nostri sunt in orationib9 suis apud Deũ memores.

Quarta ratio, Sãcti in cœlo sunt mẽbra corporis Christi, & perfectiori ratione, q̃ prius fuerunt. Nam capiti Christo, sunt inseperabiliter cõiuncti. Debẽt

autē mēbra unius corporis pro seinuicē esse solicita.1.Chor. 12, Potissimū sana ꝑ infirmis. Nos autē etiā sumus mēbra eiusdē corporis, sed egrota. Ergo ipsi nostræ fragilitatis conscij, pro nobis solicitudinem gerunt, & orant.

Secūdo idē probem9, ꝙ uidelicet sancti in cœlo orent pro nobis. Authoritatib9 Veteris & Noui Testamenti, & deinde scripturis sanctoꝝ Patrum.

Prima autoritas Testamēti ueteris ad id probandū est. Hieremiæ.15. Vbi Domin9 dicit. Si steterint Moises & Samuel corā me, nō est anima mea ad populum istū. Hoc nullo modo de eis diceretur ꝑ illo tēpore, quo in sinu Abrahæ quieuerūt duo illi sancti patres, si & tūc nō essent orare soliti, aut orare nō possent pro uiuentibus. Quēadmodū nec apte quis dixerit, ꝙ si Sol & Luna orarent Dn̄m ꝑ populo, nō exaudirent̄ ab eo, Quare ex illis uerbis, insinuat aperte Dn̄s, sanctos illos in Sinu Abrahæ constitutos, pro alijs rogare posse.

Secunda scriptura Veteris Testamenti est, Tobiæ.12. Vbi Raphael Angelus dixit ad Thobiam seniorem, Quando orabas

orabas cũ lachrimis,& ſepeliebas mor-
tuos,& relinquebas prandium tuum,&
mortuos abſcondebas per diem in do-
mo tua,& nocte ſepeliebas eos,ego ob-
tuli orationem tuam Dño.

Illa oblatio Angeli,erat cõmendato-
ria & ſupplicatoria añ conſpectum di-
uinæ maieſtatis ut preces Thobiæ ſuſci-
pere dignaret̃,& ſimiliter alia ipſius pia
opera. Ecce Angeli in cœlo,orant pro
nobis.

Tertia Scriptura eſt,in Pſalm.31.ubi
dicit Propheta ad Dñm.Pro hac orabit
ad te omnis Sanctus in tempore opor-
tuno. Vbi ſignificat,pro iniuſticia ho-
minum remittenda, omnem ſanctum
oraturum,cum tempeſtiua fuerit Hora;
tempus ſcz uitæ preſentis,tempꝰ peñiæ
& reſipiſcentiæ,Quod ſi omnis ſanctus
eſt oraturus pro aliena iniuſticia, certe
& ſancti in Sinu Abrahæ tunc quieti,&
nunc ineterna requie gaudentes, orant
pro iniuſticia noſtra.

Quarta Scriptura .2. Macha.17. ubi
dicit̃,ꝙ Onias Summꝰ Sacerdos Iudeo-
rum, Vir uirtute ſpectabilis, tunc iam
defunctus, apparuit Iudæ Machabæo,

manus protendens, & orans pro omni populo Iudeorum, uisus est simul & alter admiranda gloria decor9, ipsi Oniæ socius de quo ait Onias ad Iudam. Hic est fratrum amator, & populi Israel. Hic est qui multum orat pro populo, & pro uniuersa sancta Ciuitate Hieremias Propheta Dei. Qui tamen Hieremias longo ante tempore obdormierat in Dño. Ecce ex hoc patet q͏̄ sancti post mortem eorum orent pro nobis.

Quinta scriptura, Nam in Veteri Testamento perhibet sepenumero Dominus, se uiuentibus contulisse aut collaturum esse beneficia, ob sanctimoniam & bonitatem defunctorum patrum, ut cum Geñ. 26. dicit Dñs ad Isaac, Multiplicabo semen tuum sicut Stellas cœli etc, eo q͏̄ obedierit Abraham uoci meæ. Et mox, Benedicam tibi propter seruū meum Abraham. Similiter. 3. Reg. 13. dicit Dñs ad Salomoné, Scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo. Veruntamen in diebus tuis non faciam illud propter Dauid patrem tuum. Simile inuenitur. 4. Regu. 20. Cum itaq; ob antiquos patres ante Legem, & sub lege

Veteri

Veteri, Deus preſtitit beneficia in popu-
los, profecto ob eos qui in Euangelica
Lege, uirtutibus excellenter effloruerũt,
non minora & ante contulit, & poſtea
collaturus eſt beneficia uiuentibꝰ, ꝙ nõ
minoris ſint ſanctimoniæ & claritudi-
nis q̃ illi. Sunt igit̃ orandi a nobis ſan-
cti, ut eorum precibus, huiusmodi bene-
ficia ſpiritualia, largius a Domino con-
ſequamur.

Sexta ſcriptura, Patres ſub Veteri Le-
ge Deum orantes, recenſebant in ſuis
precibꝰ, ſanctorum Patrum priſcæ æta-
tis nomina, & benefacta pariter, quaſi
ea obicientes oculis diuinæ maieſtatis;
ut eorum ſuffragantibus meritis impe-
trarent, qđ a Domino expoſcebant, ut
Exempli gratia, Exod. 32. Moiſes placa-
turus faciem Domini, indignantis po-
pulo Iſraelitico, ob Vitulum conflati-
lem, ait, in ſua oratione. Quieſcat ira
tua, & eſto placabilis ſuper nequitia po-
puli tui, Recordare Abraham, Iſaac &
Iſrael ſeruorum tuorum quibus iuraſti
per temetipſum dicens, Multiplicabo
ſemen ueſtrum ſicut Stellas cœli etc.

Ita & Azarias in Fornace ſuccenſa Ba-
bilonis

bilonis, orans ait, Dan. 3. Ne quesumus tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne dissipes testamentum tuũ, neq; auferas misericordiam tuam a nobis, propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum. & Israel sanctum tuũ, quibus locutus es, pollicens, quod multiplicares semen eorum sicut Stellas cœli, & sicut arenam quæ est in littore Maris.

Et uterq; horum iam dictorum exauditus est, Conducibile est igitur, horum Exemplo, sanctos etiam noui Testamenti, orare, & apud Deum itidem illorum agere commemorationem, ut ex utroq; officio religiosi obsequij pleno, nobis opituletur ipsorum patrocinium.

Septima scriptura Veteris Testamẽti. Iob. 7. ubi dicitur. Voca ergo si quis est, qui tibi respõdeat, & ad aliquẽ sanctorum cõuertere. Ecce Propheta his uerbis admonet, quod si ad impetrandũ aliquid a Deo, nõ existimamus orationes nostras sufficere, conuertamur ad aliquẽ sanctorum.

Quod si quispiã dixerit, illa uerba modo adducta nõ esse ipsius Hiob, aut Dei, sed

ſed Eliphas Themanitæ unius amicoꝶ Iob,diſceptantis cũ eo. Ergo nõ uidetur ex his uerbis poſſe ſumi efficax argumentũ,ad ꝓbandũ propoſitũ.Reſpõdetur. Nõ ualet obiectio , quod patet ex eo. Nam in duob9 capitulis ſequẽtib9. beat9 Iob uerbis illius reſpõdens,nõ refellit hoc eius dictũ, ſicut alia per illum minus rectæ aſſerta,improbat & reijcit.

Sed iã accedamus ad Nouũ Teſtamẽtum,idẽ ex eo ꝓbantes,ꝙ ſancti in cœlo orent ꝓ nobis. Prima ꝓbatio. Si caput in cœlis Chriſt9 Dñs orat.ꝓ nobis, cur nõ mẽbra,id eſt ſancti illic cũ eo regnantes? Quod autẽ Chriſt9 oret ꝓ nobis.Patet ad Roma.8.Vbi dicit. Interpellat ꝓ nobis. Et.1.Ioan.2.Si quis peccauerit, aduocatũ habem9 apud Patrẽ Iheſum Chriſtũ iuſtũ etc, Et ad Hebre. 7.ꝙ eſt accedens per ſemetipſum ad Deum,ſemp uiuens ad interpellandũ pro nobis. Cũ igit Chriſtus quaten9 homo oret ꝓ nobis, Nõne idẽ preſtant & ſancti, imitatores tãtæ in nos benignitatis eius?

Secũda probatio ex Nouo Teſtamento,

to;q̧ sancti in cœlis cõstituti orent pro nobis, ex Parabola Luc. 13. De ficulnea sterili, Vbi cũ paterfamilias dixisset ad cultorẽ uineæ, q̧ arborẽ illam, iam tres annos infertilẽ succideret. Respõdit illi cultor eius, Domine, dimitte illam & hoc anno, usq; dum fodiam circa illam & mittã stercora. Sane fic9 illa nos peccatores signat in mysterio, steriles admodum & bonorum operum uacuos, dignosq; succidi seueritate diuinæ iustitiæ, ut mittamur in Gehennam. Cultor aũt Vineæ, sancti sunt in cœlo, & Angeli presides nostri, qui rigorem diuinæ censuræ temperant suis precibus, orantes Deum, ut adhuc detur nobis temp9 penitentiæ.

Tertia probatio, Luc. 16. Domin9 dicit. Facite uobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna Tabernacula.

Sed an pauperum officium est, nos recipere in atria Paradisi? Nonne id solius Dei est? Sane illud Dei primum est munus, Sed & hi qui nostris opibus sunt subleuati, dicũť nos recipere in æterna Tabernacula, quia suis precibus apud

apud Deum nos iuuant, ut demum beatorum conſortio inſeramur. Nam ipſi memores acceptorum a nobis beneficiorum & non ingrati, Deum orant aſſidue pro nobis.

Quarta probatio, Luc. 16. Diues epulo ſepultꝰ in inferno, potuit pro fratribus orare ab ipſo Abraham, ut mitteret Lazarum in domum patris ſui ad fratres ipſius ut penitentiam agerent, ne & ipſi uenirent in illum locum tormentorum. Si damnatus potuit alijs optare bonum, multo ualencius animæ beatorum.

Quinta probatio, Apo. 5. deſcribunt Vigintiquattuor ſeniores, procidentes coram Agno, habentes ſinguli Citharas & Phialas aureas, plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum. Et Apoc. 8. Angelo ſtanti ante Altare & habenti Thuribulum aureum, dicunt fuiſſe data incenſa multa ut daret de orationibus ſanctorum omnium ſup aureum altare, quod eſt ante thronum Dei, Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum, de manu Angeli coram Deo. Nota quod dicit, de orationibus

onibus sanctorum omnium, Non recte ergo quis intellexerit esse illas orationes tantum hominum hic pie uiuentium, Nam illi non totum complent sanctorum omnium numerum, quandoquidem preter illos, & hi qui cœlos inhabitant in numero etiam sanctorum habendi sunt, immo pocius quam adhuc agentes presentem uitam. Cum ergo in predicto loco, sanctorum omnium orationes commemorauerit beatus Ioannes, constat utique, & sanctos qui sunt in cœlis, Deo pro nobis orationes fundere, quum ipsi nequaquam indigent, ut pro se ipsis Deum orent.

Sed iam restat / ut scripturis Doctorum idem probemus, nempe Sanctos qui in cœlis beatam uitam agunt, orare pro nobis.

Augustinus de uerbis Apostoli. Iniuria est pro martire in Ecclesia orare, cuius debemus orationibus cõmendari

Bernardus in Sermone de Vigilia Apostolorũ Petri & Pauli, dicit, Qui potens

tens erat in terra, potentior est in cœlis, ante faciem Dñi Dei sui, Si eñ dum adhuc uiueret, misertus est peccatoribus, & orauit pro eis, nunc tanto amplius, q̃nto uerius cognoscit miserias nostras, orat p nobis Patrem, quia illa beata patria charitatem eius non minuit, sed augmentauit.

Idem Bernar. ser, 66. sup Cantica, Videte inquit detractores, uidete Canes, irridẽt nos, quia Baptisamus ĩfantes, quia oramus p mortuis, quia sctõrum suffragia postulamus qui decesserunt etc.

Beatus Ambr. ſmõe de Natali sctõꝝ Octauij, Aduenticij & Solutoris, dicit sic, Nã licet uniuersi sancti ubiq; sint & omnibus psint, specialiter tñ illi p nobis ĩteruenniunt, qui & supplitia ptulere pro nobis, Martir eñ cũ patit, non sibi tñ patit, sed & Ciuibus.

Et infra, Cũcti igit martires, deuotissime pcolẽdi sunt, sed specialiter hi ueneradi sunt, a nobis, quoꝝ reliqas possidemus. Illi eñ nos oratiõibus adiuuãt, isti etiam adiuuãt passione. hec ille.

Idem sup Lu. li. 7. ca. 16. Sup illa uerba, Facite uobis aicos de Mãmona iniquitatis, dicit, ut largiẽdo pauperibus, an

 gelorum

gelorũ nobis cæterorꝫq; sctõrꝫ gratiã, cõ
paremus. Ecce beat9 Ambro. dicit, opor
tunũ esse ut sctõrꝫ qui in cœlo sunt no-
bis gratiam ꝯparemus. Cur? ut ꝓ nobis
intercedant.

Operosum sane foret, & pene supua-
cuũ, cæterorꝫ sctõrꝫ Patrum authorita-
tes eandem fulcientes sententiã in p̃sen
tia afferre. Neq; necessariũ id uisum est,
quoniã si quis illas uellet cognoscere, in
libris ipsorꝫ illas habebit obuias, ꝑpte-
rea ab his supsedẽtes, ad alia ꝑperem9.

Hoc unũ adijcientes, quod hec om̃ia
predicta cõfirmat, q uidelicet clemẽtis-
simus Deus ingentia, & pene sine nume
ro miracula circa sanctorꝫ sepulchra, o-
perabat. & adhuc crebro operat, in his
hominib9, qui pio & deuoto corde ad
illa ipsa confugiebant. Quot em̃ ualitu-
dinarij sunt pristinæ sanitati restituti?
quot Leprosi mundati? quot Ceci illu-
minati? quot uarijs morbis oppressi cu
rati? quot mortui resuscitati, circa san-
ctorũ sepulchra & reliquias? Et id qui-
dem non uno, duob9, tribu sue locis, sed
in toto terrarꝫ orbe, Quod manifestum
indicium est, sanctorũ intercessionibus
hec omnia facta fuisse.

Nec

Nec potest Hereticꝰ dicere uirtute Demonũ malorũ ea miracula fuisse facta. Id enĩ dicere esset magna Blasphemia, Quod patet, Nam Psalmus dicit. Custodit Dñs omnia ossa eoꝶ scz sanctoꝶ, Non igiť Dñs ꝑmitteret circa reliquias sanctorũ Demonibus aliquid moliri, alioquin, quõ preciosa esset in conspectu Dñi mors sanctorũ eius? Preterea Demones nihil efficiunt quod ad honorẽ Dei uergit, Hec autem miracula quæ ad sanctorum sepulchra fiebant uel fiunt, plurimum Dei gloriam dilatabant & dilatant.

Sed iam dissoluendæ sunt Rationes Herticorũ quibꝰ nituntť ꝓbare, sanctos qui in cœlis sunt, non esse in auxiliũ inuocandos, neq; eosdem illos Sanctos orare pro nobis.

Primo ergo arguunt aduersarij. Soli Deo debeť honor, ergo nõ Sanctis, igiť sancti non sunt honorandi. Respõdeť. Soli Deo debeť honor latriæ, ut scz solũ Deũ honoremꝰ, tanq̃ summum & optimum rerum Authorem, & talis honor sanctis non dať, De hoc honore latriæ uide Aug. li. 10, de Ciui. dei. ca. 1. Sãctis ergo dať honor longe Deo inferior.

Secundo arguunt,ex eodem,dicitur Deu.6.Dñm deum tuũ adorabis, & illi soli seruies. Et idem Matth.4,Si soli,ergo non Sanctis.Respondetur.Soli Deo seruies, seruitute latriæ. uidelicet ob rationem summe Maiestatis,dominatus, & eminentiæ eius,in quo spem nostram primam locam9, eiq; soli hostias offerimus.At aliis a Deo sanctis cõuenit adoratio Duliæ,hoc est, reuerentia in signũ alicui9 insignis excellentiæ,aut uirtutis, uel authoritatis ei a Deo date. Immo etiã hi qui in hac uita agunt honorãdi sunt,Nam dicit scriptura, Honora Patrem tuum & Matrem tuam. Item omnes honorate.

Tertio arguunt. In oratione potissimũ petere debemus gratiã & gloriam, hec aũt sancti dare non possunt,sed sol9 Deus,iuxta illđ Psalmi,Gratiam & gloriam dabit Dñs,Ergo sancti nõ sunt inuocandi.Respõdet,Gratiam quidem & gloriam sancti dare nobis nõ possunt, sed impetrare ea possunt, quẽadmodũ amicus Regis a Rege multa impetrare potest,Inuocantur itaq; a nobis sancti, non ut largitores sint nobis gratiæ aut gloriæ,sed ut hec nobis a Deo ĩpetrent.

Proinde

Proinde, orantes Sacram uirginem, aut sanctoꝝ aliquẽ, non petim⁹ ꝙ misereat̃ nostri, ꝙ dimittat nobis pctã (quis eñ potest dimittere pctã nisi solus Deus :) ꝙ deniꝙ gratiam nobis, aut uitam largiat̃ æternam, sed petim⁹ ut hec nobis petitione sua obtineat.

Quod si in Hymnis aut Canticis Ecclesiasticis quippiam occurrat depcatoriũ, quod a sacrosancta Virgine, aut ab alio sancto, uideat̃ exposcere, ueniã pctõrum, lumẽ gratiæ, aut uitam æternam, nobis ab eis conferri, ut cum dicim⁹ ad beatã Virginem, Solue uincla reis, uel illd̃, Nos culpis solutos mites fac & castos, uel tale simile, id benigna interptatione, & pia intelligentia, accipiendum est. Ad hunc sensum, ut beata Virgo, aut alius quispiam Sanctorũ, impetret nobis a Dño ea quæ petimus, puta, solutionem culparum, uel quid simile.

Quarto arguunt, De⁹ quia est potentissimus imo oĩpotens, potest dare nobis omnia ad salutem necessaria, Et quoniam est sapientissim⁹, optime cognoscit quæ nobis expediunt, Et qm̃ est summe bon⁹, uult nobis ea conferre & promisit se datuꝝ Ioan, 16. Si quid pecieris

tis Patrem in nomine meo; dabit uobis Et maiori charitate nos diligit quã aliquis sctõꝝ, Non est ergo ad sanctorum patrocinia recurrendum, orantes, ut sua intercessione, aliqua nobis impetrent a Deo, tanq̃ ipsi sancti essent uel beneuolentiores ad nos, aut ꝓpensiores ad exauditionem, quam Deus ipse.

Respondet ad hoc ꝑ illd' Sapientiæ 8. Attingit a fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, Licet ergo Deus omnia solus agere sufficiat, tamẽ etiã cõmunicat rebus a se creatis uigorem agendi, uoluitq; per illas, tanq̃ suæ uirtutis cooperatrices, alias consimilis speciei, atq; interdum alterius substancias ꝓduci. Nõ quidem ex sua impotentia, aut insufficientia, sed ex liberalissima cõmunicabilitate, qua alijs etiã uoluit suæ ꝑfectionis notas impartiri, easq; reddere, sua uirtute quodãmõ participantia. Sic eñ in reꝝ naturalium ꝓpagatione, ignis ꝓducit ignem, Oliua oliuam, Sol splendorem etc.

Sic etiam in latione antiquæ Legis, Moyses tanq̃ intermedi9 fuit, inter Deum & populũ, quã tamẽ legẽ potuisset Deus dare ei populo sine Moysi mini-

sterio

sterio. Sed hoc nõ usq; adeo congruum fuit & cõueniẽs. Ita etiã potuisset Deus per seipsũ, Prouincias, aut Ciuitates, aliaq; loca regere, sine ministerio Angelorũ, & tamẽ cuilibet Prouinciæ Ciuitati, & cuilibet homini, designauit Angelũ, uel angelos custodes, ut in Daniele legim9. cap. 10. Angelũ Persarũ, & Grecorũ atq; Michaelẽ Iudeorũ principem. Itẽ in Psalmo. Angelis suis mãdauit de te, ut custodiant te in oĩb9 uijs tuis. Nõ quia per seipsũ non posset sine angelico presidio, tutari atq; ptegere, regiones, ciuitates, atq; homines, sed id fecit, ad declarandã sapientiã & bonitatẽ suã, ut dicit beatus Dioni. cap. 9. de cœlesti Hierar. Ita etiã (ut ad ppositum redeam9) hoc est op9 & institutũ sapiẽtiæ & bonitatis illius infinitæ, q sanctis dederit facultatẽ intercedendi p hominib9 hic degẽtib9, ut hac ratiõe per sanctos interstites pmoueant ac subuehantur homines ad Deũ, ut inferiora reducant ad suprema per media, ut idẽ dicit Dioni. de cœlesti Hiera. cap. 4.

Sed age, Dicãt nobis aduersarij, nõne Dñs noster Christus, cũ in terris diuersaret, & summe bonus erat & miseri-

cors & benignus? & tamē raro benefi-
tiū legit sanitatis cōtulisse cuiq̃, aut mi-
raculū fuisse operatus, nisi aliorum, preci-
bus ad hoc solicitatus atq; pulsatus.

Et hoc ideo dicimus, propter quēdam Lutheranæ Secte qui, ut fide digni fe-
runt, nuper in Slesia pro contiōe, cum
contra sanctorum cœlestiū intercessiones
& eorum inuocatiōes, more suæ Sectæ ex-
clamaret, ausus fuit oppositū huius qd
nūc struimus asserere. Christū uidelicet,
ideo noluisse exaudire discipulos suos,
pro muliere Chananæa intercedētes, do-
nec ipsa uenit, adorauit, & dixit. Dn̄e
adiuua me, ut significaret, per nosmet-
ipsos, & nō per sanctos ad eundē Chri-
stū Dn̄m, esse recurrendū. Et idē cōcio-
nator adiecit, q Christus nūq̃ exaudi-
uerit, nisi eos qui per seipsos, & nō per
Patronos ad se cōfugiebāt. Hoc autem
falsissimū ēst. Nā ut Christus socrum Simo
nis graui detentā febre sanaret, rogaue-
runt amici & familiares eius pro illa Lu. 4.
Vt filiā quoq; Chananeæ a uexatione
maligni liberaret, mater importunis a-
pud ipsum precibus efflagitauit, & exo-
rauit eū. Itē ut Lazarū quatriduanū re-
suscitaret ad uitā, ambe sorores eius ab
ipso

ipso petiuerũt, Nã petitio erat eaꝝ intẽ sissima, quũ insinuauerũt, dicẽtes. Dñe si fuisses hic frater me⁹ nõ fuisset mortuus. Demũ Matth. 8. Centurio precib⁹ obtinuit, ut puer eius ab infirmitate sanaret̃ etc. Cõcludamus propositũ, Si igit̃ ad faciendũ miraculũ, & ferendam alijs opem, uoluit tũc cũ in terris ageret ipse Dñs, uiuentiũ peticione ac deprecatione induci, qui tamẽ exuberabat misericordiæ uiscerib⁹, quid mirũ, si nũc in cœlis regnãs, per sanctoꝝ oratiões, uult nobis sua dona partiri, & cõmunicare gratiarum charismata?

Quinto arguũt. Iniuriã infert Deo nõ mediocrẽ, qui prius ad sanctos ipsos q̃ Deũ pro auxilio petẽdo cõfugit, quasi ipoꝝ paraci⁹ esset subsidiũ hominib⁹ inuocantib⁹, q̃ sit Dei adiutoriũ, aut tãq̃ benigniores forẽt in nos sancti, q̃ Deus. Respõdet̃. Prius, hoc est principali⁹, & precipua intẽtione Christiani ad Deũ cõfugiũt, q̃ ad sanctos. Nã sanctos ipos tantũ inuocant, ut per eos ad Deũ, tanq̃ scopũ & finẽ ultimũ, habeant accessum, Nullã aũt Deo irrogat iniuriã, qui secũdũ ordinẽ tẽporis, sanctos ante inuocat q̃ Deũ, sed non secundũ ordinẽ

intétionis. Quinimo magnã Deo glori am affert, in eoipo opere, & quoddã hu militatis prefert insigne, reuerētiæq; in Deũ, ideq; prius sanctos accedit, non ut in eis sistat suæ uenerationis metã, sed ut per eos demũ prouehatur ad Deum.

Nã libens uelim inquirere ab his aduersarijs, an beat9 Paulus fuit Deo iniurius, cũ a Romanis ꝓ se fieri petiuit orationẽ, qꝫ nõ ad deum tũc, sed ad illos adhuc supstites in carne, cõfugerit, ita ad ipsos scribẽs, ad Roma. 15. Obsecro uos fratres, per dñm nostrũ Ihesum Christũ & per charitatẽ sancti spirit9, ut adiuuetis me in orationib9 uestris ꝓ me ad Deum, ut liberer ab infidelib9 qui sunt in Judea? Nũquid etiã idem Apl̃us sit deo grauiter iniuriatus, cũ ad Hebr. 13. dicit Orate pro nobis?

Preterea, aduersarij obijcere solent, Nõ debent homines ad sanctos pri9, q̃ ad Deũ confugere, ne uideant̃ magis in sanctis, q̃ in Deo cõfidere, & ne quis putet sanctos esse benigniores in nos, q̃ sit Deus. Respõdet̃, Hec ratio facili ratiocinatiõe & omnino simili, refellit̃. Hoc modo. Nõ est ad aliũ quẽuis, prius q̃ ad Deũ, ut aiũt cõfugiendũ, ne uideamur

de

de benignitate dei diffidere, & in alio quouis plus q̃ in deo cõfidere. Nõ igit̃ debem9 ad Christũ hominẽ, mediatorẽ nostrũ, prius cõfugere, q̃ ad deũ patrem cœlestẽ, ne uideamur de Clementia dei Patris diffidere, aut magis confidere in Christo, inquãtũ homo. Ecce error. Recte eñ prius ad Christũ q̃ ad Patrẽ cõfugim9, cũ ipse dicat Iohã. 14. Nemo uenit ad patrẽ nisi per me. Cõsimili ergo modo, interdũ ad sanctos pri9, q̃ ad deum probe cõuertimur, ut per eos tanq̃ mediatores secũdarios, ac patronos cõmodiorẽ accessum habeam9 ad deũ, in quo precipua nr̃a fiducia est collocata, atq; ita facientes, nõ negligim9 deum, quin pocius eum impensius honoram9 cũ ipsum constituam9 p̃cipuum finem tocius honorationis.

Sexto arguunt, Sancti qui iam in cœlestes sedes sunt recepti, iam receperunt integram mercedem ꝓ ante actis operibus bonis. Iuxta illd̓ ad Ephe. 6. Vn9quisq; quodcũq; fecerit bonũ, hoc recipiet a dño, siue Seruus, siue Liber. Cum ergo iam sunt sufficienter remunerati, immo ultra dignitatem suorũ operum nequaq̃ illis operibus aliis possunt esse

 auxilio

auxilio qui eorũ implorant auxilium?
Nec etiam recentibus suis meritis possunt uiuentib⁹ hic ferre opem, quia iã pcurrerunt huius uitæ stadium, in quo solo est locus merendi, iuxta illud Apo. 14. A modo iam dicit spũs, ut requiescant a laborib⁹ suis, opera eñ illorum sequunť illos. Ergo null⁹ relinquiť modus p quẽ bona opera sanctorum, possint nobis Patrocinari.

Respondeť. Sancti in cœlo constituti possunt nobis ferre auxilium & pteritis suis meritis. & psentibus. Preteritis quidem, quia cum hic uixerunt tunc pclaris operibus suis non solum id obtinuerunt ut uitam consequerenť æternam, sed etiã, ꝙ eos iuocãtib⁹, impetrent quæ a Deo postulauerint, Perinde atꝗ scd'm beati Aug. sentẽtiam ab oibus approbatã, illi qui sunt in Purgatorio, id cũ adhuc uiuerent, bonis suis actib⁹ meruerunt, ꝙ eis post mortẽ, pdesse possint suffragia Ecclesiæ & uiuentiũ. Videmus eñ plerumꝗ, Regem terrenũ, strenuo suo Militi, ppter aliquod egregiũ factũ militare, non solum amplam remunerationem reddere, sed etiam ad eius petitionẽ alijs quoꝗ beneficia ĩpendere.

quẽ-

quẽadmodũ Nabuchodonozor nõ solum honorauit Danielem ob interpretationẽ Somnij, sed etiam ad ei9 postulationem, ꝯstituit sup oĩa opera Prouintiæ Sidrac Misac & Abdenago Danie. 2.

Nouis etiã & recentib9 operib9, sancti in cœlo id obtinent, ꝙ alijs eorum inuocantib9 auxiliũ ferant opem, quia eorum supplicatio Deo est grata, ex sincera dei in eos beneuolentia, Neq; illud pro alijs orandi munus, aduersat statui summæ beatitudinis, quẽ assecuti sunt in regno cœlorum, Quoniam illi9 facti participes, q̃q̃ sibiĩpsis acquirere nõ possunt nouam mercedem, attamen alijs possunt optare & experere ea bona pro quibus orant. Itaq; non sibi orant sancti, sed alijs, ut & Christus Dñs, non sibi exposcit noua a Deo patre dona, sed nobis quorum est aduocatus,

Septimo arguũt. Sancti absentes sunt a nobis & separati maximo interuallo, quõ ergo nostras oratiões cognoscunt? Respondet, Natutali uia & ratione nõ possunt preces nostras noscere, ueruntamen diuina reuelatione eis insinuante bene noscunt omnia quæ ad eoꝝ gloriam attinent, ut beat9 dicit Gre. Quid

est quod nõ uideant, qui uidentem omnia uident? possunt insup preces nr̃as ministerio Angelorum cognoscere.

Octauo arguũt, Vnꝰ est mediator noster Christꝰ. 1. Thimo. 2. Ergo non sunt querẽdi alij mediatores, neq; inuocãdi. Respõdet, Christus est primꝰ & summꝰ mediator, & solus quãtũ ad opꝰ Redẽptionis, sed nõ solus, quantũ ad officiũ supplicandi pro nobis, quod cõfert sanctis deus ex benigna cõmunicatiõe, nõ ex insufficientia sua, ut dictũ est. Si em̃ dicis solũ Christũ esse mediatorẽ, cur ergo iussit, ut & alios mediatores queramus, cũ dixit. Facite uobis amicos de Mãmona iniquitatis? ut dictũ est.

Nono arguũt, Per sanctoꝝ inuocationẽ diminuit cultus diuinꝰ. Respondet. Imo auget. Nã sic pluribus modis colit deus, & in se, & in sanctis suis, quorum honoratio semper in deũ refert.

Iã igit ex his om̃ibus predictis facile patere potest, aduersarios nr̃os Lutherianos, & alios, nihil habere scripturaꝝ, nec rationũ quibꝰ inuocationẽ Sanctorũ tollere possint. Tãetsi multos in hoc e plebe seducant. Sed id agũt, more suo sacrũ uerbũ dei obfuscantes. Et perpe-

ram

m p̃ suo uoto int
eis satis est, cultũ san
super festa etiã solẽr
sancta sanxit celebrã
rib9, uel pœnit9 rei
diẽ dũtaxat utrũq; c
gantes, Sacius esse, u
quã uel in Taberna
piã inhonesti agant, Sed his responden
dũ est, q̃ hi dñm deũ arguere uidentur,
qui etiã in Veteri Lege uaria festa, non
ad meridiẽ, sed integro die, & interdũ
etiã plurib9 diebus, esse cœlebranda p̃
cepit. Tãetsi nõ erat ignarus plerosq; fu
turos, quid dies festos ac celebres uarijs
sceleribus erant fœdaturi & uiolaturi.

Nõ ergo p̃pter malos ius Ecclesiæ,
seu ius diuinum tollendũ est.
Nõ est triticum eradican
dũ propter zizania,
Crescat utrũq;
ad Mes
sem usq; etc.

De primatu Petri Articulus Nonus.

Ator malo-
rum dyabolus, id
totis uiribus cona-
tur, ut capitis firmi
tatem infringat;
quo suppresso, im
pune possit circu-
ire, quærens, quem
deuoret. Hoc facit per Lutheꝝ, & alios,
qui quum caput ministeriale auferunt,
aut non iure diuino cõstitutũ affirmãt,
& ita obedientiã Romani Põtificis suc
cessoris beati Petri, tollunt. Pontificiã
potestãtẽ in has angustias deducunt, ut
iure diuino nõ plus possit Papa, q̃ plæ-
beus Sacerdos. Romanã Ecclesiam nõ
esse superiorẽ alijs Ecclesijs dicunt. Hi
inq̃ qd aliud faciunt, q̃ quod uiã hære-
sibꝰ, scismatibus, rebellionibꝰ, dissi diis
& cõtentionibus parant ac sternũt? Sũ-
mũ enĩ Sacerdotẽ in sancta Ecclesia sua
Christus posuit, cui ab oĩbꝰ est obtem
perandũ, sicut in Veteri Lege precepit.
Deut. 17. Homo quecũq; fecerit in su-
perbia, ut nõ exaudiat Sacerdotẽ, aut
Iudicẽ, quicũq; fuerit in diebꝰ illis, mo-
riat̃ homo ille. Vnde beatꝰ martyr, &
Episco-

Epus Cyprianus ad Corneliũ Papã uere scripsit, Dicens. Neq; em̃ aliunde hæreses oborte sunt, aut nata sunt scismata, nisi q̀ Sacerdoti Dei nõ obtẽperat. Quod & ad Papianũ testat̃, & alibi sæpe, Vna est em̃ Ecclesia sicut Cãtico .6. ait. Vna est colũba mea, perfecta mea, una est matris suæ.

Quare nullus uere Christianus, unitatẽ & pacem Ecclesiæ, scindere debet. Primatũ iure humano tantũ cõstitutũ asserere, Sed se summo Põtifici, Dei ordinatiõi, ac diuino iuri snbiicere. Nam & Chore, Dathan & Abyron, Aaron, & Moyses, eundẽ Deum nouerũt, Pari lege & religiõe uiuentes, Vnũ Deũ inuocabant. Tamẽ quia loci sui ministerium priores transgressi contra Aaron Sacerdotẽ, qui sacerdotiũ legitimũ, ordinatione Dei acceperat, sacrificandi licentiã uendicauerunt, diuinitus percussi, pœnas statim pro illicitis conatibus penderunt. Nũeri. 16.

Pro hac ergo ueritate ꝓbanda, aduersus Hereticos nostri tẽporis. Notem9 has ueritates.

Prima ueritas, Vna est sancta Catholica & Apl'ica Ecclesia, Hui9 Ecclesiæ unitatem

E e nitatem

nitatē,& unitatis rationē Apostol9 manifestat ad Ephe.4. dicens. Solliciti seruare unitatē spūs in uinculo pacis, unū corp9,& unus spūs, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ, unus Dn̄s, una fides, unum Baptisma, unus Deus & Pater omnium.

Corpus Christi, Ecclesiam iā dixerat ad Ephe.1. Ecce, ea ratione unū dicit corpus qđ est Ecclesia, quia unus est spūs eā ihabitans, un9 dn̄s, Christo eā sibi tanq̄ capiti corp9 cōnectens, unus de9 omniū eā paterna sollicitudine defendens, una deniq; fides, spūale edificiū, tanq̄ fundamentū solidissimū sustentans una spes uocatiōis, eternā beatitudinē ꝓmittens unum Baptisma cunctos regenerans.

Et quia una est sc̄tā mater Eccl'ia, eius unitatem puersoꝝ nemo scissuris dirūpere ꝑualet, licet ab ea seipsum dānabiliter poterit separare, Hic beatus Ciprianus in Ep'la ad Normatianū dicit, Auelle radiū solis a corpore, diuisionē unitas lucis nō capit, ab arbore frange ramum, germinare nō poterit, A fonte ꝑscinde riuū, ꝑcisus arescit. Sic et Eccl'ia dei luce ꝑfusa ꝑ totum orbem radios suos porrigit, unū tn̄ est quod ubiq; diffundit, nec

unitas

unitas corporis separatur, ramos suos per uniuersam terram, copia suæ ubertatis extendit, profluentes largiter riuos lacius pandit, unū tn̄ caput est & una origo, & una mater Christi sponsa Ecclesia.

Secūda ueritas, Hec Ecclesia est sancta, & ideo semper ornata est, recta fide, iusticia & Charitate. Patet hoc, per illud ad Ephe. 5. Christus dilexit Ecclesiā, & se ipsum tradidit pro ea, ut illā sanctificaret mūdans illā lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiā, non habentē maculā, neq; rugam sed ut sit sancta & immaculata.

Huic Ecclesiæ indeficientiam fidei & sanctitatis Chistus promisit, dū beato Petro futuro eius pastori dixit Luce, 22. Ego rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, dū etiā rectorē Spiritūsanctū ab ea nūq̄ separandū pollicetur Iohan. 14. dicēs. rogabo p̄rem meū, & aliū paracletū dabit uobis, ut maneat uobiscū in eternū. Dū insuper eā patri in suo nomine semper seruādā cōmisit, cui dixit Ioan. 17. Pater sctē serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, Et sequitur. Nō aūt pro his tātū rogo, uidelicet Apostolis, Sed & pro eis qui credituri sunt, per uerba

coꝝ in me. Et Matth. ult. Ecce ego uobiscũ sum usq; ad cõsummationẽ seculi.

Ex quib9 om̃ib9 patet primo, ꝙ errare Ecclesia hec non possit, Alioquin spiritussanct9, qui ei semper assistit, eãq; gubernat, esset ociosus, & promissa Christi in uanũ transirent, nec oratio eius fuisset exaudita, quæ om̃ia sunt absurda.

Secũdo sequit̃, ꝙ præceptis Ecclesiæ uniuersalis, cuius perpetua est sanctitas & iustitia, necesse est fideles quoslibet obedire. Patet ꝑ ea quæ dicta sunt, & confirmat̃ ꝑ illud Matth. 18. Si Eccl'iam nõ audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.

Tertio ex predictis sequit̃, ꝙ quicũq; extra illam Eccl'iam manserit, salutem nullo modo consequi ualebit. Ideo beat9 Aug. in de fide ad Petrum ca. 37. dicit. Firmissime tene, & nullatenus dubites, non solum omnes Paganos, sed & omnes Iudeos & Hereticos atq; Scismaticos, qui extra Eccl'iam sc̃tãm, ꝑsentem finiunt uitam, in ignẽ eternũ ituros, qui ꝑparatus est diabolo & Angelis eius.

Item ibidẽ ca. 36. Omni homini qui ecclesiæ non tenet unitatẽ, neq; Baptismus

mus, neq; Elemosina q̄ntũlibet copiosa, neq; mors ꝑ nomīe Christi suscepta, ꝓficere poterit ad salutem.

Idem dicit beat⁹ Cipri. 24. q. 1. alien⁹ Alienus est inquit, ꝓphan⁹ est. hostis est. habere nō pōt deū patrem, qui uniuersalis Ecclesiæ non tenet unitatem.

Sed & dñs ipse idem designat cū dicit Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlū, nisi filius homīs. Necesse est ergo membrum Christi fore quisquis uoluerit in cœlum recipi, Sed quō membrum Christi esse poterit, qui a corpore Christi qui est Ecclesia separatur?

Dices, Sed ostēde q̄ hec Ecclesia quæ nō errat, in qua nos esse oportet, sit Ecclesia Romana. Respondetur, Satis id mox infra ostēdet, cū primatus Petri ꝓbabit. Tamē & nūc id per hoc ostenditur quia hæc Eccl'ia est Apostolica, in Apostoloꝝ uidelicet fide fundata, Apostoloꝝ prædicatiōe collecta, Apostolorū Doctrinis, Ordinationibus & preceptis fulcita, Apostolorūq; successione legitima. Per summos scilicet Pōtifices, Episcopos, & Prelatos cōtinuata. Quā usq; in finē seculi, donec ad iuditiū Domin⁹ ueniet, duraturā, testat Apostolus

ad Ephe.4.dicens. Ipse qui ascendit su-
per oēs cœlos. dedit quosdā quidē Apo
stolos, quosdā autē Prophetas, alios ue-
ro Euangelistas, alios Pastores & Docto
res, ad cōsumationem sanctoꝝ, in opus
ministerii, in edificationē corporis Chri
sti, donec occurramus oēs in unitatem
fidei & agnitionis filij Dei in uirū per-
fectum, in mensurā etatis plenitudinis
Christi, scilicet in extremo Iudicio.

De hac quoq; successiōe loquit Augu
stin9 lib. cōtra Manicheos. 11. dist. palā.
Palā est inquit, q̄ in re dubia ad fidē &
certitudinē ualeat Ecclesiæ Catholicæ
autoritas, quæ ab ipsis fundatissimis A-
postolorū sedibus usq; ad hodiernā diē
succedentiū sibimet & Episcopoꝝ serie,
& tot ꝯsensione populorum firmat. Et
rursus idem Aug. ait. 24. q. 1. pudenda.
Quod si nullo mō recte potest dici Ec-
clesia in qua Scisma est, restat, ut qm̄ Ec
clesia nulla esse nō potest, ea sola sit quā
in sedis Apostolicæ p̄ successiones Epi-
scoporū radice constitutam, hominum
nullorū malicia ullo modo ualeat ex-
tinguere, hec ille. Sed uti dixi infra id
magis ꝓbabitur.

Tertia ueritas. Christus dn̄s ad cœlū
ascen-

ascensurus, beatũ Petrũ Apl̃m, Ecclesiæ suæ p̃fecit generalem pastoré, caput pri-cipem & Prælatum.

Probať primo p̱ illď Matth. 16. Beat9 es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est, Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & sup̱ hác petram edificabo Ec-clesiá meam, Et portæ inferi non p̃ualebũt aduersus eá, Et tibi dabo claues etc.

Vbi dñs Iesus aptissime, Primatum sctõ Petro ꝓmisit, qui est uia, ueritas & uita, fidelis em̃ est qui ꝓmisit, q̃re ꝓcul dubio illic ꝓmissa deinde p̃stitit, & fidẽ datam seruauit, tam sup̱ edificatiõe Ecclesiæ, quã datione clauiũ. Vñ singľariter Petro loquiť, Eccľiam ædificandam super eo.

Et quod iste sit german9 sensus ex eo ostendiť, quia licet & Christus sit Petra scd̃m Apl̃m, & sup̱ eũ ædificata est Ecclesia dei, tñ sensu germano & ꝓprio, intelligi Petrum ex eo ꝓbať, qm̃ cum in dño Iesu iam uelut principali fundamento primario ædificata erat Ecclesia, ipse em̃ erat lapis angularis, frustra ĩ futuro dixisset, ædificabo, sed dixisset, ædificata est, Porro si de seipso locutus est Chri-

 stus.

ſtus, quid opus erat reuelare Petro, ſup Chriſto ædificandam Eccl'iam, cum iã paternæ reuelationis, etiam dñi Ieſu te= ſtimonio Petrus factus fuiſſet auditor. Quare proprie uerba accipienda ſunt, quod cũ S. Petrus tam glorioſe fuiſſet Chriſtum confeſſus, uolens ei gratiam referre magnã illam pollicitatõem exhi buit, ut Petrus futurus eſſet tocius Eccle ſiæ fundamentũ, Et ſic erecta manet uer borum ſententia. Tu es Petrus, & ſuper hanc etc. ut idem demonſtret', per tu, & hanc, & non diſtorqueat' Textus. quaſi quodam equiuoco dñs Ieſus uerba ſua ꝯfuderit, primo demõſtrando Petrum, deinde ſeipſum.

Et quia Heretici negãt Petrũ eſſe fun damẽtũ Eccl'iæ, & petrã ſup quã edifica= ta eſt Eccleſia. Negant quoqꝫ unum eſſe primũ in Eccleſia Petrũ, a quo unitas Eccleſiæ, diſpoſitione Chriſti ꝓficiſcat', Iccirco ꝓbem⁹ aduerſus eos hũc eſſe ue= rum & geminũ uerboꝝ Chriſti ſenſum quẽ diximus, non ꝓpriæ innitẽdo pru= dentiæ, quod aduerſarij noſtri faciunt, ſed antiquorum patrum & ſctõrum ꝓ= bemus teſtimonijs, qui ſpiritu ſancto in ſpirante ſcribentes, ueram huius ſcriptu

ræ

ræ ueritatẽ nobis explicuerũt & id ex sa-
cra Scriptura.

Imprimis ꝓdeat magnꝰ ille martir & Epũs Ciprian. tantopere ab Augustino Hieronym. Ambro. & Gre. Nazianzeno collaudatꝰ, Is libro de simplicitate pla-torꝝ sic dicit, Loquitᷣ Dñs ad Petrũ, Ego dico tibi inquit, quia tu es Petrus, & sup hanc petram ædificabo Eccl̃iam meam etc. Et eidẽ post resurrectionẽ suã, dicit Pasce oues meas, Et quãuis oĩbus Apl̃is post resurrectiõem suam, parem potesta tem tribuat, & dicit, Sicut misit me Pa-ter, & ego mitto uos, accipite Spiritum-sanctũ, Si cui remiseritis pctã, remittẽtᷣ illi, si cui tenueritis, tenebũtᷣ. Tamen ut unitatẽ manifestaret, unitatis eiꝰ origi-nem ab uno incipientẽ, sua autoritate disposuit. Hoc erant utiq̧ & cæteri Apl̃i, quod fuit Petrus, pari ꝯsortio præditi & honoris, & potestatis sed exordium ab unitate ꝓficiscitᷣ, ut Eccl̃ia una mõstretᷣ, & infra, Hanc Eccl̃iæ unitatẽ, qui nõ te-net, dei legem nõ tenet, nõ tenet patris & filij fidem, uerbum non tenet salutis Hec ille.

Ecce apertissima beati Cypriani sentẽ tia, unũ esse primum in Ecclesia Petrũ,

a quo unitas Ecclesiæ dispositiõe Christi ꝓficiscat̃, & quod ab eo uelut fundamento hec unitas oriatur. Citauit illd̃ Matth. 16. Tu es Petrus, ꝓbaturus per hoc, Petrũ esse fundamentum Ecclesiæ.

Et idem apercius libro quarto Epistolaꝝ ad Pupianũ, sic dicit, Quãdo Christus dixit ad discipulos, Nũquid & uos uultis abire? Respondit ei Petrus dicens, Dñe ad quẽ ibim⁹? Verbũ uitæ æternæ habes, & nos credim⁹ & cognouimus, quia tu es filius Dei uiui, Loquitur illic Petrus super quẽ ædificanda fuerat Ecclesia. Hec ille. Audis super quem ædificanda erat Ecclesia.

Alter sanctus, est Hieronimus, lib. 1. ꝯtra Iouinianũ. Vbi quia Iouinian⁹ obiecerat contra laudẽ uirginitatis, quod nõ super Iohanne, sed Petrum fundata esset Ecclesia. Beatus Hieronim⁹ admittit super petro fundatã Ecclesiã, & ponit rationẽ huius, Super Petrũ inquit fundat̃ Ecclesia, licet idipsum in alio loco super Apostolos fiat, & cuncti claues cœloꝝ accipiãt, & ex equo fortitudo Ecclesiæ sup eos solidet̃, tamẽ ꝓpterea inter duodecim un⁹ eligit̃, ut capite cõstituto, scismatis tollat̃ occasio. Hæc ille?

Ecce

Ecce quid apercius dixisse potuisse Hieronim9? Apostolos pares & ex equo dicit fundaméta Ecclesiæ ratióne dignitatis Apostolat9, & tamé libere diffinit caput inter eos cõstitutũ, ut scismatis tolleretur occasio.

Origenes Homel. 6. super Matth. Vide inquit quãtam potestaté habet petra super quã ædificat Ecclesia, ut etiá iudicia eius maneant firma. quasi Deo iudicante per illam.

Sequit, Petro dicit sic Christus. Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quæcũq; solueris super terram, erunt soluta, & in cœlis. Non ergo modica differétia est, quod Petro quidem date sunt claues, non unius cœli, sed multorum cœlorum, ut quæcũq; ligauerit super terrã. sint ligata non tantũ, in uno cœlo, sed in omnibus cœlis. Ad eos aũt qui multi sunt Ligatores & solutores in terra, sic dicit, ut soluant & ligent, non in cœlis sicut Petrus, sed in uno cœlo Matth. 18. quia non sunt in tanta pfectiõe sicut Petrus, ut alligent uel soluant in oĩbus cœlis. Hec Orig. Vbi ɔstanter Petrũ petrã affirmat, sup quã ædificata sit Ecclia, ei9

extollens

extollens potestatē iudicij, & dicit Christum in maiori pfectiōe & plenitudine pmisisse Petro claues cœlorum, q̄ alijs Apostolis, & sic Petrum iure diuino ac Euangelico alijs esse superiorem.

Accedat & illud magnum Eccl'iæ lumen Augustin. Hic sup Ioannem, tract. 124. dicit sic. Hoc ait (orando p remissione pctoꝶ) Eccl'ia spe beata, in hac uita erumnosa, cui9 Eccl'iæ Petrus Apostol9 ppter Apostolat9 sui primatū, gerebat figurata generalitate psonam. Quod em̄ ad ipsum pprie ptinet, natura un9 erat homo, gratia un9 Christianus, abūdantiori gracia unus ideq; primus Apostolus, sed qn̄ fuit ei dictū, Tibi dabo claues regni cœloꝶ etc, uniuersam significabat Eccl'iam, Hec ille.

Ecce Aug. dicit Petrū ppter primatū gessisse psonam Ecclesiæ sicut quilibet Epūs in Concilio gerit psonam suæ Ecclesiæ, & rex sui regni. Quid ergo obgāniunt Heretici Petrum non esse primū?

Et idem Aug. in s̄mone Natalis eoꝶ inquit. Audisti frequēter ipsum Petrum a Dn̄o petram nūcupatum, sicut ait. Tu es Petrus, & sup hanc petram ædificabo Eccl'iam meam, Si ergo Petrus petra est

sup

ſup quã ædificaẽ Eccleſia, recte prius pe-
des ſanat, ut ſicut in eccleſia fidei funda
mentũ continet, ita & in homine mem
brorũ fundamenta ꝯfirmet, hec Augu.
Refert ad miraculum a petro factũ dũ
claudum ſanaret Acto. 3.

Vides Auguſtinum dicere ſup petrũ
ædificatam Eccleſiam ?

Audiaẽ Chriſoſto. grecus & orienta-
lis Eccleſiæ uir. Hic dicit ſuper eo loco,
uidelicet ſup Math. 16. Quid igiẽ petrꝰ,
omniũ Apoſtolorum os, uertex tocius
conſortij, cum omnes iterrogati eſſent,
ipſe ſolꝰ reſpondit, Et q̃nquidem de ſen
tentia uulgi quærebat, omnes reſponde
runt, Cũ uero de ſua eos rogaret ſenten-
tia, petrus ꝯfeſtim ꝓſilijt, ac præueniens
ait, Tu es Chriſtus filiꝰ Dei uiui, Et infra
Et ego dico tibi, quia tu es petrus, & ſup
hanc petram ædificabo Eccleſiam meã,
Hic aperte p̃dixit magnã eorum qui cre
dituri erant & ſunt multitudinẽ, & ſub-
limiora ip̃m ſapere fecit, & Eccleſiæ fu-
turæ paſtorem conſtituit, Et ifra, Et ego
dabo tibi Claues regni cœlorũ etc. Ani-
maduertis quo pacto ip̃e etiam ad altio
rem de ſe opinionem petrũ adduxit, &
ſeipſum duabus his pollicitationibꝰ re-
uelando

uelando filiũ Dei ostendit, Namq; Deus solus concedere potest pctõrũ remissionem,& ut futura Ecclesia tot & tantis fluctib9,impetu irrũpentib9.immobilis pmaneat, cui9 caput & pastor piscator homo atq; ignobilis, terrarũ orbe reluctante, adamantis naturam firmitate superet, Sequit, Hunc autem scz petrum uniuerso terrarũ orbi Christus præposuit. Hec Chrisostomus.

Collige hui9 Doctoris sentẽtias, quia futuræ Ecclesiæ pastorẽ cõstituit, & caput uerticem Apostolorũ. Nec unius Ecclesiæ Iudaicæ dicit præpositũ, sed orbi terrarũ, nec humano sensu constitutũ sed a Christo, Ergo Petrus Iure diuino est primus.

Nimis prolixũ esset oĩes alios Doctores hic citare, qui eiusdẽ sunt sententiæ, uidelicet Petrũ cæteris Apostolis a Christo esse constitutũ, & pre cæteris caput atq; pastorem Ecclesiæ.

Vide Ambro. Ser. 47.

Vide Hilariũ super eadẽ uerba, Tu es Petrus.

Vide beatũ Leonẽ Canone primo, & Sermo. 3. de anniuersario Pontifice suæ assumptionis die.

Vide

Vide Gregor. in Epiſtola ad Mauri
tium.

Oẽs hos eiuſdem eſſe ſententiæ rep
peries.

His ita dictis, reuertamur ad propo-
ſitũ Chriſtꝰ ꝓmiſit Petro primatũ Ec-
cleſiæ, & id quod ꝓmiſit, tanq̃ uerax im
pleuit.

Queres, ubi. uel quãdo id ꝓmiſſum
impleuit? Reſpondet, Poſtq̃ reſurrexit.
Iohan. ulti. Vbi interrogato Petro, Pe-
tre amas me plus his? Vice trina, Ipſo
quoq; tociens reſpondẽte. Tu ſcis Dñe,
quia amo te, ſubiunxit Dñs ad quãli-
bet Petri reſponſionẽ. Paſce Oues me-
as, In quibus uerbis oues ſuas indiſtin-
cte Petro ſingulariter tanq̃ paſtori uni-
uerſali Dñs cõmendauit. Nam nõ deſi-
gnaſſe aliquas eſt aſſignaſſe oẽs, ut ait
Bernhardus lib. 3. De Cõſideratiõe ad
Eugenium Papam.

Et confirmat, Nã cũ prius dixiſſet Pa
ſce agnos meos, Poſtea dixit, rege oues
meas. Nã Greca dictio hic poſita, nõ ſi-
gnificat regere cõmuniter, ſed regere pa
ſtoraliter. Qđ quia latinꝰ ſermo nõ po
teſt explicare unica dictione, ideo tuci-
us putauit interpres dicere paſce. Com-
miſit

misit ergo Dñs Petro, ut & pascat, & regat, Pascere est ꝓuidere de cibo animæ, regere uero est ꝓuidere illis educẽdo, & inducẽdo, stabulãdo, & illa faciendo, q̃ apud Ezech, 34, scribunt, quod est, gubernare animas secũdũ expedientia saluti animarum.

Qđ uero singulariter Petro hec uerba, scilicet, pasce oues meas Dñs locutus fuerit, patet. Querẽs eñ a petro Dñs an se diligeret, addidit. plus his, Petre inquit diligis me plus his? Discernens ergo Petrũ ab his, id est ab alij s presentibus Apostolis, ad ipsum in persona sua singulariter non alioꝝ, a quib9 aperte discernit amoris dixit questionẽ, Quo respõdẽte. Tu scis Dñe quia amo te, cõtinuo ouiũ suaꝝ pasturã iniũgit dicẽs. Pasce agnos meos. Quis dubitat quod illi iniungit quem de suo amore quesiuit?

Hanc ueritatẽ, ꝙ uidelicet Petrus pastor & caput uniuersalis Ecclesiæ futur9 erat, & fuit tenuerunt, & firmiter credendã tradiderũt sancti patres, summi põtifices & Ecclesiæ Doctores a tẽporib9 Apostoloꝝ usq; ad tẽpora nostra cõtinua ſbi serie succedẽtes. Hoc Anaclet9, hoc

Cle-

Clemẽs Apostolorum discipuli, a beato Petro in diuinis scripturis instructi, hoc Doctores predicti, alij quoque innumeri, senserũt, docuerunt, & in scripturis reliquerũt, unanimiter cõtestati, beatũ Petrũ caput & prelatũ Apostolorum omniumque fideliũ. Ecclesiã quoque Romanam super oẽs Ecclesias primatum habere, ut infra, Sed reuertamur ad ueritates.

Quarta ueritas, Oẽs oues Christi, uniuersi scilicet fideles, regimini beati Petri tenebant᷑ subesse, ac de necessitate salutis uocẽ eius tanq̃ ueri pastoris sequi, preceptisque ei9 obedire. Probat᷑ hec ueritas, quia nõ min9 tenet᷑ regendus subesse, q̃ rector regere, Nã frustra est obligatio alicui9 ad regendum, ubi nulli obligati sunt ad parendũ, Fuit autẽ beat9 petrus obligat9 post cõmissionẽ Ecclesiæ sibi a Dño factã ad regendũ eã, quare oẽs de Ecclesia regimini suo subijci tenebant᷑.

Si autoritas querit᷑, Dñm audiamus Iohan. 10. De pastore & ouib9 sic loquẽtem. Oues uocẽ eius audiunt. Et infra. Cũ ꝓprias oues emiserit ante eas uadit, & oues illũ sequunt᷑. Nõ ergo est ouis ꝓpria, quæ pastorẽ suũ nõ audit, docentẽ auscultando, nec sequit᷑, mandatis obsequẽdo

quendo, Facit ad idem uerbũ Christi ad omnes discipulos dictũ Lu. 10. Qui uos spernit, me spernit, Et Apostol9 ad Ro. 13. Qui potestati resistit, Dei ordinatiõi resistit, qui autem resistunt, ipsi damnationem acquirunt.

Quinta ueritas, Romanus pontifex canonice intrans, sup Cathedram petri sedet eiusq́ uer9 & legitim9 est successor & omnẽ regitiuam potestatem atq́ pastoralem autoritatem habet, quã ad regendum uniuersalem Ecclesiam a Dño acceperat sanctus petrus.

Patet primũ, quia Ecclesia Romana est sedes petri & successorũ eius, & petr9 successit Christo, patet hoc p beatũ Hie. qui Romanũ alloquens pontificem, ita ait. 24. q. 1. qm̃ uetus. Cum successore piscatoris discipulo Christi loquor, Ego nullum premium nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est, Cathedræ petri ɔsortior, sup illam petram Ecclesiam fundatam scio.

Iterũ ad Damasum papã scribens ait 24. q. 1. Hec est, Emẽdari cupim9 a te, qui petri & sedem tenes & fidem.

Sixtus quoq́ papa ait. 24. q. 1. Memor. Memor sum me sub illius nomine

p̃sidere

presidere Ecclesiæ, cuius confessio a Domino glorificata est.

Huic deniq; ueritati preclarũ testimoniũ perhibet egregi9 Doctor beat9 Bernhardus. lib. 2. De Cõsideratiõe, ad Eugeniũ papã ita scribens. Tu quis es? Sacerdos magnus, pontifex summ9, tu princeps Episcopo℞, tu heres Apostolo℞, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abrahã, ordine Melchizedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicata Samuel, potestate Petrus, unctione Christus. Tu es cui claues traditæ, cui oues credite sunt. Sunt quidẽ & alij cœli ianitores, sed tu tanto gloriosius, q̃nto & differentius utrũq; præ cœteris nomen hereditasti. Habent illi assignatas sibi greges singulos, tibi uniuersi crediti uni sumus. Nec modo Ouium, sed & pastorum tu unus omnium pastor, unde id probem queris? Ex uerbo dñi Cui enim nõ dico Episcoporũ, sed etiã Apostolorũ sic absolute & indiscrete tote cõmissæ sunt Oues? Si me amas Petre pasce Oues meas. Quas? illius uel illi9 Ciuitatis populos, aut regionis aut certi regni? Oues meas inquit, Cui nõ planum, non designasse aliquas est assignasse

nasse omnes? Nihil excipit, ubi disting uitur nihil. Et forte psentes cæteri condiscipuli erant, cum cōmittens uni omnes, unitatem cōmendaret in uno grege, & uno pastore, scd'm illud, una est columba mea, formosa mea, pfecta mea. Hec Bernardus.

In quibus plane, p sacram pbat scripturam Romanum pontificem esse cui cōmissa est uniuersalis Ecclesia, toto orbe diffusa. Propter hanc autem potestatem Romano pontifici in beato Petro collatam, qua dicit, pastor, Rector, uniuersalis Ecclesiæ caput, ac pater patrum, Ecclesiam Romanā similiter matré & caput omnium Ecclesiarum esse, ac tenere in om̄ib9 principatum sancti patres ꝯtestant, & hoc non humana sed Christi saluatoris nostri ordinatione, p eo ꝙ beat9 petrus a Christo immediate hanc potestatem p se & suis successorib9 accepit, p quib9 iubente dn̄o in Romana Vrbe sedem constituit & elegit.

De quo beat9 Anacletus Papa ita dicit. 22. dis. sacrosctā, Sacrosctā Romana Ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso dn̄o saluatore nr̄o primatum obtinuit etc, Hec ille sanctus martir. Idē Nicolaus

151
383

tus Papa testat̃, uide uerba eius. 22. dist. omnes. Vbi inter cætera dicit. Vnde S. Amb. se in om̃ib⁹ sequi magistrã sctãm Romanam Ecclesiam profitet̃. Patet ergo primũ, q̃ uidelicet Romanus pontifex sit legitimus Petri successor,

Scd'm etiã patet, q̃ scz qlibet, Romanus pontifex habeat omnem regitiuam ptãtem atq; pastoralem auctoritatem, quã ad regendam uniuersalem Ecclesiã a dño sanctus Petrus acceperat.

Nisi em̃ eadem apud Romanũ pontificẽ resideret regendi auctoritas, quæ apud Petrum, quõ successor Petri uere diceret̃, & esset ? cũ successor sicut antecessor, pari imo eadem fungit̃ auctoritate, ut innuit Innocenti⁹ tercius in ca. Innotuit, de electione.

Quõ etiam sufficienter Ecclesiæ suæ prouidisset Christus, si ptãtem petro ad regendũ Ecclesiam ꝯcessam in ecclesia non ꝑpetuasset ? Neq; em̃ ꝓpter utilitatem ꝓpriam uniuersalis Ecclesia petro, nec aliqua particularis Ecclesia prelato cuilibet est cõmissa, dicente Apostolo. 2. Cor. ult. potestatem mihi dedit in edificationem, haud dubium quin Ecclesiæ, non in destructionem,

Et iterū ad Ephe.4. Eis quos ordina-
uit apostolos, pastores, doctores, prātē
dedit ad cōsumationē sctōrum, in opus
ministerij, in edificationē corpis Chri-
sti, qđ est Ecclesia, ut supra allegatū est.
Indiget sane semp ecclesia regitiua po
testate petro ꝯcessa, Nūq̄ ergo priuabiť
illa, quā in necessarijs ad salutē sponsus
su9 deficere nō pmittit. Hanc aūt si Ro-
man9 pontifex successor petri nō habet,
sine dubio ali9 nemo habet.
Cōfirmanť hec oia ratiōibus istis, pri-
ma ratio, Ecclesia ista militans in terra,
quæ adhuc peregrinať per fidem a Dño
est exemplata & effigiata ad instar cœle
stis ecclesiæ triumphantis in cœlo p glo
riam, Iuxta illđ.21.Apo. Vidi ciuitatē
sctām Hierusalem nouam descendentē
a Deo paratam, sicut sponsam ornatam
uiro suo. At nemo fidelis dubitat talem
ordinem esse principatuū in cœlo ubi
mansiones multæ sunt, deus aūt omnia
in oib9 & sup omnes. Ergo & in hac mi
litanti ecclesia, sunt uarij ordines unus
alio superior, & unus supm9 scz Papa,
Vnde Christ9 non reliquit post se con-
fusionē aliquā in sctā ecclesia sua, quum
ea quæ a deo sunt, ordinata sunt, ad Ro
ma.

ma.13.Aſtitit em̄ regina a dextris tuis cir
cūdata uarietate miniſtrorum,Ibi enim
ſunt minores Clerici,Subdiaconi, Dia-
coni,presbiteri,Archip̄sbiteri, Epiſcopi
primates,& horum caput papa, Quare
non oportet cōfundere iure diuino cle-
rum,& Epiſcopū,quod quilibet curat9
ſit epiſcopus,ut fingit Lutherus.

Hac ratione uſus eſt beatus paulus ad
ephe.4. dicens, et ipſe dedit quoſdam
quidē Apoſtolos, quoſdam aūt Prophe
tas,alios uero Euangeliſtas,ut ſupra al-
legatū eſt. Hanc rationē attigiſſe uidet̄
ſacer Dio.de eccleſiaſtica Hierarchia.
Noſtra em̄ Hierarchia a deo traditis or-
dinib9 ſancte diſpoſita, ſanctis & cœle-
ſtibus Hierarchijs conformis eſt. Nam
ibi ſunt principatus, uirtutes,domina-
tiones,Throni ut teſtat̄ etiam Apoſtol9
Vñ ex his omnibus ſequitur,quod ſicut
in cœlis eſt uerū caput,Chriſtus,ita etiā
habet caput miniſteriale in hac eccleſia
militante tametſi & Chriſtus ſit caput
principale huius eccleſiæ.

Secūda ratio,decet eſſe illū ordinem
Eccleſiaſticū,ſub uno capite papa , non
ſolū ad imitationē cœleſtis Eccleſiæ ,ut
prior ratio deduxit. Sed etiā ad ſimilitu

ciné Synagogæ, cũ Ecclesia spõsa Christi, & quæ ex latere eius fluxit, sit excellétior Synagoga. In qua omnia in figura cõtingebant illis. 1. Chor. 10. Ideo tanto maior est unitas in Ecclesia, quãto sacerdotiũ Euangelicũ est excellentius Legali, & quãto figuratũ est excellétius figura. At regimé synagogæ fuit monarchicũ, ubi cõstitut9 est unus summ9 Sacerdos. Exodi. 28. qui preerat omnib9 Sacerdotib9, tantaq; erat illi data potestas, ut qui ei non obtéperaret, morte dignus esset. Deut. 17. Vbi dicit, Qui auté superbierit, nolés obedire sacerdotis imperio, qui eo tépore ministrat Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille. De9 auté multo maioré curã habet Euãgelici Sacerdocij & Ecclesiæ suæ sanctæ, q̃ Synagogæ. Ergo & maioré uult seruare in ea unitaté, quod nõ esset, si tota Ecclesia nõ regeret sub uno capite papa.

Tertia ratio, qua idé pbat, q necessariũ sit, ut sit unũ caput, in hac Ecclesia militante. Quoties lites emergũt de rebus fidei, & quoties incidit de scripturarum sensu cõtrouersia, necesse est, ut aliqué suppremũ iudicé habeam9, cuius iudicio stabit. Deinde quũ plerũq; necessitas

tas urgeat,ut generalia Cõcilia celebrẽ-tur. Per quẽdã ceu principẽ(cui9 mãdato cæteri parituri sunt) cõuocari facili9 poterit Episcopo℞ Synod9. Nam alioquin fortassis accersiti nequaq̃ accederent.

Preterea,ꝓpter cõtumaces reprimendos & maxime quũ inter se dissentiant Episcopi. Necessaria est capitis unitas, quæ studeat eos ad cõcordiã reducere, ne fautoribus hinc inde multiplicatis, pusilla principio lis in perniciosum tãdem schysma prorumpat.

Ecce facile quisq; uidere poterit papatus necessitatẽ.

Sexta ueritas. Reuerenciã, honorem, & obediẽciã. tenent uniuersi fideles diffinitionib9 & p̃ceptis summi pontificis pro tempore ecclesiam dei regentis, quã debent beati Petri sanctionibus ore ꝓprio publicatis.

Probat, Nam simili, immo uerius eidem auctoritati, dissimilis obedientia non debet, Vñ Cipria. martir beat9. 93. dist. qui Cathedram. Qui Cathedram Petri sup quam fundata est ecclesia deserit, in ecclesia se esse non confidat.

Beat9 quoq; Ambro. hunc solũ repu-

tat catholicum,qui cũ Romana conue-
nit ecclesia.24. q.1. Aduocauit. Cũ illa
uero conuenire quid aliud est,q̃ fide &
obedientia illi subesse?

Beatus Hiero.24.q.1.qm̃ uetus,ad A-
postolicum de Eremo adiacenti Syriæ
scribens ait,Mihi cathedram Petri & fi-
dem Apostolico ore laudatam censui
consulendam. Sequit̃, apud uos solos,
incorrupta patrum seruat̃ auctoritas.
Sequit̃,Cum successore piscatoris & dis-
cipulo Christi loquor.Ego nullum pre-
mium nisi Christum sequens, beatitudi
ni tuæ,i.cathedræ Petri consortior,sup
illam petram fundatam ecclesiam scio.
Quicũq; extra hanc domũ agnum co-
mederit,prophanus est.Si quis in Noe
Archa non fuerit,peribit regnante Di-
luuio.Iterũ sequitur.Non noui uitalem
Miletum respuo,ignoro Paulinũ.Qui-
cũq; tecum non colligit,spargit,Hoc est
qui non est Christi,Antichristi est, Hec
Hiero.Ex quibus uerbis expresse innuit,
q; scismatici,scz Romanæ ecclesiæ non
obedientes, q̃les fuere quos hic Hiero.
nominauit,prophani sunt,& a statu sa-
lutis penitus alieni.

Augustin9 etiã in.2.li.de doctri. Chri
stiana

stiana Decretales Papæ Epl'as inter Canonicas scripturas numerandas esse testatur, dis. 19. in Canoni, dicens. In Canonicis scripturis ecclesiarum catholicarum q̃ plurium diuinarum scripturarum solertissimus indagator auctoritatem sequat̃, Inter quas sane & ille sunt, quas & Apostolica sedes habere, & ab ea alij meruerunt accipere epistolas, Cano nicis em̃ scripturis, certa debetur fides & obedientia, alioquin canonicæ non essent. Ideo Epl'is Papalib9 diffinitiuis & p̃ceptiuis fidem p̃stare & obedientiam est necesse.

Beat9 quoq; Gre. diuino miraculo ad Papatũ electus, sic dicit. 12. dist. p̃ceptis. Preceptis Apl'icis non dura supbia resistat̃, sed per obedientiam, quæ a sancta Romana Ecclesia & Apl'ica iussa sunt, salutifere impleantur, si eiusdem sanctæ Dei Ecclesiæ quæ est caput uestrum cõmunionem habere desideratis etc.

Idem dicit Beat9 Leo dist. 19. Ita dñs, Idem Beda super Matth.

Longum nimis pariter & tediosum foret omnes sanctorũ patrum constitutiones, ueritatem istam approbantes, adducere. Manifestum satis est, & nemo du-

bitat, nisi desipiat, quã detestabile sit, tot Canonũ decreta, ab uniuersali Ecclesia acceptata, tot etiã sctõrũ doctorũ scripturas, p inobedientiã uiolare, potissimũ quũ hi pres & scti & docti in sacris scripturis extiterit. Sed iam obiectiones Hereticorum quibus oppositũ probare nituntur dissoluamus.

Primo arguũt quod Petrus non fuerit caput & fundamentum Ecclῑæ, sic.

Petro nõ pmisit, nec dedit Christ9 claues p psona sua, sed quia gerebat psonã ecclῑæ, quia dñs non solum petrum sed omnes Aplos requisiuit, dicens, uos aũt qué me esse dicitis? non dixit. Tu Petre, quem me esse dicis? nisi ergo p petrum omnes discipuli respõdissent, certe discipuli non fuissent, nec magistrũ audissent, nec satisfecissent interroganti, qđ est impiũ de Aplis sentire, relinquit ergo, φ Christus responsum petri acceptauit, nõ p solo petro, sed p toto collegio Aplo℞ & discipulorũ, Ex quib9 ulterius sequit, φ sicut Christus psonam respondentis petri p oĩbus acceptat, ita sequẽter quoq3 non solum ad petrum sed ad omnes dicit, Tu es petrus, tibi dabo claues etc. ergo non petro, sed Ecclesiæ claues date sunt. Respon-

Respondet, fatemur cũ Augustino claues datas Ecclesiæ, tñ in psona petri, id est, claues finaliter dedit Christus petro, ad utilitatem Ecclesiæ. Dedit claues nõ uni, sed unitati. Ita Petrus gessit psonã Ecclesiæ, sicut Imperator Germaniæ. Itaq; certe psonæ habent claues, alioqui nullus illarum esset usus.

Preterea cũ aduersarij dicũt claues traditas esse ecclesiæ, uel intelligũt datas ei claues, sic ut singulis membris ei9, maxime iustis sint date, quod dicere, est error impijssim9 & intolerabilis, Nã isto modo Laici iusti & Mulieres haberent claues, ius Soluendi & ligandi in Foro pœñiæ, qđ est falsum, Hec eñi ptãs non nisi presbiteris data est. Sic btũs Ambr. li. de peñia ait. Ius Ligandi atq; soluendi solis Sacerdotib9 est pmissum, & glo. Matth. 16. dicit, Date sunt claues omnĩ Ecclesiæ in Episcopis & Presbiteris, Nã & Veteris Legis Sacerdotes soli iudicabant inter Lepram & non lepram Leui. 13. Quare & Dñs Leproso pcepit Math. 8. Vade & ostende te Sacerdotib9, & similiter decem Leprosis Lu. 17. Quod si claues habent Laici, non erunt denegãde & mulierib9, quæ sunt deuot9 sexus

scd'm Greg. Sed tunc obstat Apostolus 1.Cor.14. Mulieres in Ecclesia taceant.

In Apostolos insufflauit Christ9, dans eis ptãtem hanc, non in quélibet de plebe, Vnde Sacerdos est idoneus minister penitentiæ Sacramenti.

Si uero dicant Heretici, Claues datas uniuersali Ecclesiæ, ut uniuersitati, & sic omibus mẽbris cõiunctim, Et tũc Sacerdotiũ, ac omes sacri ordines abijssent, plusq̃ in Anaxagorꝫ Chaos, & esset Ecclesia Mathematica, quod ante improbatũ est. Nõ stat ergo Hereticorꝫ argumẽtum.

Quod aũt dicit hereticos, ꝙ hec uerba, uidelicet. Tu es Petrus, & tibi dabo claues etc. Ad omes esse dicta, & nõ ad solum Petrũ, hoc falsum & mendosum est. Nõ em dixit Christ9. Beati uos. Sed solũ. Beatus tu Simõ Bariona. Alii em nõ erant Simon Bariona, Sed quæ tandé rogo cõsequẽtia est ista, Omes discipuli fuerunt interrogati, ergo omibus fuit dictũ. Tu es Petr9? Quasi uero Domin9 respõderit ad interrogationé suá, ac non pocius ad responsioné, quá sol9 Petrus fecit.

Secũdo arguũt aduersarii. Si sup Petro

tro homine est ædificata Ecclesia, iam porte inferorum preualuerũt contra eũ in uoce unius ancillæ, & quotidie preualẽt successoribus suis peccatoribus, quod est cõtra uerbũ Christi dicentis. Et porte inferorum nõ preualebũt aduersus eam scilicet Ecclesiam.

Respõdet, Preualuerunt porte inferi aduersus personas succedentes Petro, nõ tamẽ aduersus potestatẽ Petri. Hec successio Petri in potestate mansit. Licet personæ peccarent. Petro autẽ negãte Christũ, nondũ ecclesia erat super eũ fundata. sed fundanda, quia Christus dixit. Super hanc petrã edificabo Ecclesiã .s. post resurrectionẽ meam.

Tertio arguũt. Cũ sup petra sit Ecclesia ædificata, petra autẽ erat Christus dicit Apostolus .1. Chor. 10, Nõ poterit referri in Petrũ, Et itẽ dicit Apostolus, Aliud fundamentũ nemo potest ponere, preter id quod positũ est scilicet Christus, ergo Petrus nõ potest esse petra aut fundamentũ Ecclesiæ, sed Christus.

Respondet. Licet Christus sit petra principalis, & fundamentũ primariũ, tamẽ habet uicarios & substitutos, secũdarias petras. Nam cũ dicto Pauli, quod

ſolus Chriſtus ſit fundamentũ, ſtat diſ
ctũ Iohan. Apoca. 21. Et murus ciuitaſ
tis habẽs fundamẽta duodecim. & in ipſ
ſis 12. nomina, duodecim Apoſtolorũ
& Agni.

Similiter ſoluiť cũ heretici dicũt, unũ
eſt caput Eccleſiæ ſcilicet Chriſt9. Si aũt
& Petrus eſt caput, ergo erunt duo capi
ta Eccleſiæ.

Reſpõdeť, Quãdo dicim9 Petrũ eſſe
caput Eccleſiæ, nõ excludim9 per hoc,
caput ſolidũ & principale Chriſtũ, neqꝫ
etiã aſſerim9 duo capita. ſed dicimus,
ꝙ Eccleſiæ uirtus in duob9 cõſiſtit, Pri
mo in his quæ fiũt inuiſibili uirtute ſpiſ
rituſſancti, Et circa hec, caput eſt Chriſ
ſtus, & nullus in hoc eius locũ gerit. Et
ideo om̃is gratia in Eccleſiã, om̃e chaſ
riſma, ab ipſo capite Chriſto infundiť.
Nõ a Petro, non a quolibet ſucceſſore,
Secũdo oportet in Eccleſia, ut fiãt mulſ
ta, & miniſtrenť uiſibiliter. in poteſtate
& uirtute uiſibili, Pro tuenda ſeruanda
qꝫ Eccleſia, in ſacramẽtis exhibendis, in
p̄dicatiõe diuini uerbi, & Euangelij, atqꝫ
aliis ſacris exercendis & cuſtodiendis, in
extirpandis errorib9 fidei, & corripenſ
dis peruerſis, & augendis uirtutib9, meſ
diis deſ

diis debitis, & sublimandis his qui ædificare possent in doctrina sana, & in Cōciliis cōgregandis. Et in his oportebat esse etiā aliquod caput, quo ista uisibilia perficerent. Et licet Christus etiā quo ad hec, sit hoc caput, & nec desierit esse per hoc ꝙ recessit a terra, tamē quia nō potest per se ista iā ministrare, quia nō uult (Christ9 enī resurgēs a mortuis iā nō morit, & mors illi ultra nō dominabit) neq; cōueniens est, ut per continua miranda ista faciat, ne meritū fidei, imo & ipsam fidem penit9 aufferret. Idcirco sapientissime statuit quo ad hec ptinet, esse loco sui unū caput, ita ut non fiant duo capita distincta, sed tantū unum caput principale & uerū, loco tā illi9 capitis aliud uicariū caput, ita ut duo capita non fiant, quia quod loco alterius stat, non seipm, sed alterum cuius loco est, repsentat. Sicut etiam non duo sunt Reges, per hoc ꝙ aliquis Rex, Viceregem quempiam constituat.

Quarto arguunt, Si Petrus esset caput ecclesiæ, & successor eius Roman9 pontifex, sequeret ꝙ primitiua ecclesia Apostolorū non fuisset ecclesia, cum petrus 18. anno post Christum passum fuerit

adhuc in Hierusalem, ubi erat tunc Romana ecclesia?

Respōdet, Errat Luther cū suis, dicens petrum tam tarde uenisse Romā, quia fuit quinq; annis in ponto & Asia, septem in Anthiochia, postea migrauit Romam, licet. 18. Anno e Roma uenerit Hierusalem ad Conciliū, porro, hoc argumentum nihil ad rem facit, Erat enī petrus Summus pontifex, ubicūq; erat, licet reuelante spiritu, ut sc̄tūs Marcell9 Martir ait, sedem sibi Romæ elegerit, prius itaq; tempore fuit Summ9 Epūs petrus, q̄ Romanus Epūs.

Quinto arguunt, petrus nūq̄ fuit Romæ, quō ergo Romani pontifices possunt esse successores petri?

Respōdet, hoc est nouū mendacium Hereticoꝝ hui9 temporis petrum nūq̄ fuisse Romæ, Ideo ꝓbem9 oppositum, q̄ scz petrus fuerit Romæ,

Aegesippus antiquissim9, qui sub Aniceto uenit Romam. Anno Dñi. 160. Is scribit lib. 3. de excidio Hierusalem, quō Nero quesierit causas occidendi Apostolos, petrum & paulum, datoq; precepto ut cōphenderent Apostoli, rogabat petrus a Christianis qui erant Romæ ut sese alio ꝯferret, Dioni

Dionisius Corinthiorum Epūs existens Romæ Anno Dñi.170. ait,uos habentes cōmonitioné a petro & paulo,plantationem Romanæ ecclesiæ cōiūxistis. Ambo etenim aduentantes, atq; in hac Vrbe simul docentes, etiā martirio pariter,uno eodéq; tépore coronati sunt.

Ireneus Lugdunen Epūs antiquissim⁹ li.3.ca.1.ꝯtra Hereticos,sic inquit, Matheus Hæbreis ipoꝶ lingua scripturam dedit Euangelij, quū Petrus & paulus Romæ euangelizarent & fundarent ecclesiam,Et idem ca.3,dicit. A gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fūdatæ & ꝯstitutæ sunt ecclesiæ.

Tertulian⁹,qui uixit anno Dñi.170. li.4.aduersus Martionem,dicit,Romanis Euangeliū Petrus & Paulus sanguine suo signatum reliquerūt, Et idem libro de p̄scriptiōe Hereticoꝶ,loquens de Roma,subdit,ubi Petrus passioni Dominicæ adequat̃. Eusebius Cæsariensis li.2.Histo.inquit.In ip̄is Claudij tempo rib⁹,clementia diuinæ ꝓuidentiæ,ꝓbatissimū omniū Apostoloꝶ & maximū, fidei magnificentia & uirtutis merito, primorem principem Petrū,ad Vrbem Romam deducit.

Et idem Euseb.lib.de temporib9,dicit Petrus Galilæus Christianoꝝ pontifex prim9,quũ p̄mũ Antiochenam fundasset ecclesiam, Romam ,pficiscit̃,ubi Euangeliũ p̄dicans uigintiquinq; annis, eiusdem Vrbis Epũs perseuerat.

Hieroni.de Viris illustrib9,Simon Petrus etc,princeps Apostoloꝝ, post Episcopatũ Anthiochensis ecclesiæ etc,secũdo Claudij anno ad expugnandũ Simonem magũ.Romam p̄git,ibi uigintiquinq; Annis cathedram sacerdotalẽ occupauit.

Dioni.Areopagita scti Pauli discipul9 idem testat̃ ad Timo. cõdiscipulum de transitu Apostolorum.

Lin9 Papa ,pximus post petrũ,scripsit orientalib9 de martirio Petri in Vrbe.

Ambro. s̃mo. 67. inq̃t, Nõ sine causa factũ putem9, quod Petr9 & Paul9 una die,uno in loco,unius tyranni tollerauere sententiã,una die passi sunt, ut ad Christum pariter p̄uenirent,uno in loco,nec alteri Roma deesset,etc.

Papias Hieropolitanus,S.Ioan.Euangelistæ auditor, testat̃ Petrũ suã primã Epistolam Canonicã scripsisse Romæ.

Testant̃ hoc Athanasi.Marcellus,Da-

masus

masus Leo. Beda, Bernardꝰ & alij innu-
meri. Chrisos. Ho. 66, ad populum te-
statur Petrũ & paulũ Romæ sepultos.

Hec ideo ꝓlixius quã oportebat ꝓba-
uimus nam passim in ore etiam Laico-
rum uersatᷓ hoc mendatium Petrũ Ro-
mæ non fuisse, Et ex his facile patere po
test, quam falsi sint harum sectarum nr̃i
temporis homines, qui in re tam mani-
festa errant, & menciunt̃, Quõ ergo eis
creditur? Sed ultio est diuina, quæ per-
mittit hæreses, ut qui ꝓbati sunt mani-
festi fiant.

Sexto arguũt, Petrus est mẽbrũ Eccle
siæ, ergo nõ est supprem9 . non caput,
Respõdet̃, Petrũ mẽbrũ & partẽ Eccle-
siæ dicimus, sed quod ꝑpterea nõ pos-
sit esse caput ministeriale seu Vicarium
ueri capitis Christi, negamus. Similiter
aliud est agere priuatã personam, aliud
publicã. Etsi est caput, est utiq; & mem-
brum.

Septimo arguũt, Quomodo Petrus
esset petra, quũ Matth. 16. dixerit Chri-
stus, Vade post me Sathana? Nunquid
id Petræ Ecclesiæ cõuenit, ut sit Satha-
nas?

Respõdet̃. Nõ mirũ petrũ increpatũ

a Christo,quod existimaret suæ cõfessi oni cõtrariũ, Christũ occidendũ, quia nondũ acceperat claues,nõdũ erat con firmatus,nondũ uenerat super eũ pleni tudo spũs. Ideo nondũ fuit petra. Sed post Resurrectioné Christ9 fundauit su- per eũ Ecclesiã,Preterea lapsus personæ non tollit potestatem.

Octauo arguũt, Petrus in Aplos nõ habuit potestaté,sed Apostoli in ipsum quia ipm & Iohanné miserũt in Sama- riá. Acto.8. Ergo nõ erat illis superior, imo inferior, quia mittens est maior misso.

Respõdet.Cũ argutant. Petrus fuit missus ab Apostolis in Samariá, ideo fuit minor Apostolis? Est forma argu- mentandi Arrianorum, quia Pater misit Filiũ,ergo pater est maior filio, qa mit- tens maior est misso. Ecce nihil ualet, quasi nõ Herodes miserit tres Magos, ut adorent puerum, qui maior magis nõ fuit, & frequens est, pociores mitti ex collegio,& senatu.

Nono arguunt, Nec Petrus exercuit unq̃ primatũ illũ, sicut modo papa nõ uult ullũ Episcopũ fieri in mundo,nisi accipiat palliũ & cõfirmationé a Deo.

Respon-

Respōdet, Falsum est q̄ Petrus nō exercuerit primatū, Audiamus ergo q̄ exercuit. Nam primo ordinationē Matthiæ in apostolū direxit. Exurgens Petrus in medio fratrū dixit. Viri fratres. etc. Acto. 1. Secundo in die Pentecostes oēs apostolos defendit, ubi dicit. Stans Petrus cū undecim eleuauit uocē suam. Acto. 2. Tercio presente Iohanne sanauit claudū, & corā populo defendit. Acto. 3. Quarto in Cōcilio defendit se, & Iohannē Acto. 4. Quinto in Ananiā, & Saphirā sentētiā mortis ꝓtulit. Acto. 7. Quod fuit maximū potestatis cohercinæ indiciū. Sexto, Simonis maledictā fraudē cohercuit. Acto. 8. Septimo iussus etiā fuit gentes tanq̄ prelatus in suā potestatē suscipere, quādo uidit lintheū in quo erant bestiæ & reptilia etc. & facta est uox ad eū. Surge petre occide, & manduca etc. Acto. 11. Hic iussus fuit uelut caput, gentes incorporare Ecclesiæ. Octauo in Cōcilio Apostoloꝝ fuit autor sentētiæ cessatiōis Legaliū, ut docet Hiero. ex Act. 15. Caue itaq; hæretice mētiri in sanctū Petrū, quod potestate tradita diuinitus non sit usus.

De adiuncto falsum est, Nam patriar

chaquilibet confirmauit suos Epos. Et Tessalonicen. confirmauit suos Epos Græciæ tanq uicarius papæ. Vt liquet ex actis Leonis papæ. Existimat Hereticus oẽs Epos habere pallia, qđ falsum est, quia regulariter Archiepi habent, & pauci Epi ex priuilegio.

Decimo arguũt, Nũq Petrꝰ ausus fuisset esse superior cæteris apostolis, nouit eñ hoc a Christo ꝓhibitum Lu. 22. facta contentione quis eoꝝ uideretur maior, Dicit eis Iesus Reges gentiũ dominant eoꝝ, & qui ꝑtãtem habent sup eos, benefici uocant, uos aũt non sic, sed qui maior est uestrũ, fiat sicut minor etc Liquet Reges gentium, non pontifices esse qui dominantur.

Respondet, Christus ibi ꝓhibuit ambitionem, tyrannidem, nõ potestatem, quia illa a Deo est, & qui ꝑtãti resistit, Dei ordinationi resistit ad Rom. 13. Voluit ergo docere humilitatem præsidentis, non auferre ꝑtãtem eius. Sicut ex eo ꝙ ipe Christus ministrabat, & alios maiores ministrare docuit, male quis inferret Christũ nullã habuisse ꝑtãtem, Et cũ Christus dixit, qui maior est uestrũ, constat ꝙ noluit aliquem esse maiorem in potestate. Vnde-

Vndecimo, Paulus restitit Petro ad Gala. 2. ergo non fuit Paulo superior, Respondet. paulus reprehendit petrum quia attinebat ad ædificationem fidei, hoc est, ad officiũ Apostolatus, in quo erant eq̃les Apostoli, tñ regimine & potestate petrus adhuc erat prior. Et nunc sæpe superiores reprehendunt ab inferioribus.

Duodecimo Orientales Episcopi nõ obediuerũt Iulio Papæ. Ergo non erat Papa superior eis.

Respondet, mirũ ꝙ Heretici innituntur facto Hereticorũ. Nam illi orientales expulerant Athanasiũ & Paulũ, qui ꝯfugientes ad Iuliũ Papam, citatis & excõicatis Hereticis, fuerũt restituti.

Tredecimo arguũt, Si omnes tenent obedire Papæ, sic tot milia martirꝫ orientalis Ecclesiæ, essent damnata. Similiter Ciprian. Aug. Nicolaus, quia nũq̃ fuit Papa Romanus sup Ecclesias Asiæ. Gretiæ, aut Affricæ. Respondet, Nullus sanctoꝝ martirꝫ subtraxit se ab obedientia Petri uel successorum ubi & quando oportebat. Item fallit Hereticus, ꝙ si Papa sit Supremus, oporteat omnes Epõs ab eo cõfirmari, Nam sicut Sacerdotes

ab Epis.ita Episcopi ab archiepiscopis Primatib9 aut Patriarchis sufficiat confirmari. Ita de Ambrosio Augustino & Nicolao senciendum est.

Affricæ Epós fuisse sub Romano põtifice patet,q͏ ex Concilio Mileuitano scripserunt ad Innocentiũ primũ Papã petentes illi9 ꝯfirmationem, uide in Epistolis August. 90. & 91.

Concilia tertiũ & q̃rtum Cartaginensia auctoritate Zozimi Papæ,& alia auctoritate Bonifacij fuerunt confirmata, qm̃ misit illuc Faustinũ Epm̃, illis interfuit Aug. Concilia sub Cipri.in Aphrica pecierũt approbationem a Cornelio Papa lib. 1 epistolaꝝ epistola. 2. Cipriani. & lib. 3. Epistola. 11,

Asiæ Epõs ægipti & Gretiæ fuisse sub Romano pontifice iã patuit,quia restitutus Atanasi9,addo,restitutus Chrisostom9,restitut9 Flauian9,restitutus appiarius in aphrica,p Romanos põtifices.

Conclusio, Omnes igit̃ Ecclesiæ recognoscebant semp Primatũ romanæ ecclesiæ,hic Primat9 non solũ ex decretis Pontificũ ꝓbat̃,sed ex Euangelio,ex sc̃tis martiribus,Concilijs,& Doctorib9. Suscipiam9 igit̃ oẽs autoritatem ecclesiæ

siæ in apostolica sede Romana relucentem, quũ eam in rebus arduis fidei consuluerit Hieronymus ex asia ad Damasum, Augustinꝰ ex affrica ad Innocentiũ & Bonifatium, ac Ciprianꝰ ad Cornelium. Athanasius ex ægipto ad Marcum & Iulium, Ambro. ex Italia, cũ insup ꝓbata sit luculenter hec autoritas eiusdem ecclesiæ, ꝑ scripturam sacram, & ꝑ Doctores sctõs. A qua quidé Ecclesia, nullꝰ unq̃ nisi Hereticus desciuit.

De purgatorio Articulus Decimus.

Vinea Ecclesia sancta ab initio usq; in hunc diem semper uulpes passa est eã demolientes. Nam etiã Apostolorũ tẽpore, uulpes iam eã demoliebant̃, Hebion, Cherinthus, Simon Magus, Nicolaus Diaconus. Vt uerissime dixerit Apostolus. 1. Chor. 11. Oportet Hereses esse, ùt qui

qui ꝓbati sunt,manifesti fiant in uobis.

Ecce uulpes & nostri téporis,q̄ quum om̃ia sacraméta , oẽs Ecclesiæ ordines , om̃es cæremonias fedassent, extendunt caudas suas,etiã subtus terrã ad purga-toriũ negantes illud ex sacris lr̃is proba ri posse.Iterum alii purgatoriũ cõcedé-tes, dicunt illic animas incertas de earũ salute adeo , ut multos ad id induxe-rint, qui pro animabꝰ defunctis mini-me orent.

Sed capite nobis uulpes paruulas quæ demoliunť uineas. Nam uinea no stra floruit. Quæ quidẽ uulpes ut necen tur,ꝓbemꝰ ex sacra Scriptura purgato-rium esse, Deinde
confutabimus.

Prima scriptur
est beati Pauli.1.C
quis superedificat
hoc,aurum,argen
ligna,fœnum,sti
manifestũ erit.D
qui in igne reuel
pus quale sit,ignis ꝓbabit. Si cuius opꝰ manserit,quod superædificauit,merce-dẽ accipiet.Si cuius opus arserit , detri-mentũ paciet. Ipse auté saluus erit , sic

tamen quasi per ignem.

Declarem9, Aurũ, argentũ, lapides p̃ciosos, Dicit bona opera, ligna, fenum, stipulã uocat opera cremabilia mala, uniuscuiusq; opus manifestũ erit, Dies em̃ Dñi qui est in morte hominis, ubi om̃ia manifesta fiunt, Declarabit, quæ fecimus in presenti uita. Et quomodo declarabit? Sicut aurarius aut argentarius ꝓbat bonitatẽ auri uel argenti per ignem. Ita Deus ꝓbat opera hominum per sentẽciã iudicii, Et ille ignis ꝓbationis iudicii, reuelabit opus, & uniuscuiusq; opus ꝓbabit.

Si cui9 op9 mãserit, p approbationẽ iudicii, qđ sup̃edificauit. mercedẽ accipi et æternæ beatitudinis, Quia qui bona egerũt ibũt in uitã æternã. Si autẽ cui9 opus reprobabit᷑, detrimentũ pacietur dilatiõis Gloriæ, Finaliter tamẽ nõ priuabit᷑ uita æterna, sed saluus erit per ignem, nõ infernalẽ, sed erit quasi ignis inferni in acerbitate iudicii, in quo scoria purgabit᷑. Vocula, quasi, dicit diminutionẽ respectu inferni. Et ligna, fœnũ, stipula, id est leuia peccata cremabunt᷑. Hũc ignem Ecclesia purgatoriũ uocat.

Ecce

Ecce Purgatorium ex Paulo.

Ambro. Super hec uerba. Sic tamen quasi per ignē, dicit, Ostendit Apostolus saluū quidē illū futurū, sed pœnas ignis passurū, ut per ignem purgat9 fiat saluus, & non sicut perfidi, æterno igne in perpetuū torqueatur?

Hieronimus in cōmētariis sup Paulū Apostolū sic inquit. Quod si ille, nō nisi per ignē saluus erit, qui iustus ex ꝓprio est, quia negligenter edificauit discipulos, quid de illis fiet qui & sermone non ædificant, & insuper scandalizant Exemplo? Idem de hoc clarius lib. 2. contra Iouinianum.

Augustin9 lib. de Pœnitentia sero ad Deum conuersi dicit. Sed magnum est, cui tunc Deus inspirat (si quis est) ueram pœnitentiam, sed si etiam sic conuersus uita uiuat, & non moriatˀ, non ꝓmittimus quod euadat omnem pænam. Nā prius purgandus est igne purgationis.

Idem de eo in Enchiri. ca. 69. De hoc quoqȝ Greg. lib. quarto Dyalogoꝝ cap. 39.

Vides Doctores sctōs, Sic uerba Pauli intellexisse? quos adducimus, ne proprio capiti inniti uideamur, id quod heretici faciunt. Quod

Quod ſi dicat aduerſarius, Apoſtolũ in predictis uerbis locutũ, de igne cõflagrationis & extremi iudicii. Reſpondetur. Hoc nõ poſſe dici, Si eñ de igne cõflagrationis hoc dictũ eſt. & quia nihil coinquinatũ intrabit in cœleſtem Hieruſalẽ Apoc. 21. Ergo ſequeret animas illoꝝ qui ſuperædificauerũt, ligna, fœnum. & ſtipulam, nõ antea ingredi regnum cœlorum, quam purgatæ fuerint in die iudicij. Et ita redibit Hereſis Grecorum, quæ dicit neminẽ ante ultimũ iuditium cœlorum regnũ ingredi, contra quã aptiſſima habem9 uerba Chriſti ad Latronem dicentis, Amen dico tibi. Hodie mecum eris in Paradiſo. Et uerba Pauli. 2. ad Corin. 5. quæ prius ſunt allegata, Et Chriſoſt. Doctor Grec9 hunc errorem ſup eo loco improbat. Imo ſi etiam quis uerba Pauli uelit intelligere de Igne conflagrationis iam nihilominus ponet Purgatorium.

Secunda Scriptura ꝓbans Purgatorium, eſt Matth. 5. Vbi Dominus dicit, Eſto conſentiens aduerſario tuo cito, dum es in uia cum eo, ne forte tradat te aduerſarius Iudici, & Iudex tradat te

Miniſtro

Ministro,& in Carcerem mittaris. Amẽ dico tibi non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.

Ambrosi. sup Luc. dicit, uniuscuiusq; suprascriptæ genere conditionis eluit, cũ tam diu exercetur noxijs pænis, quo ad cõmissi erroris supplitia expendat, Et ita quoq; Glo. ordi. intelligit, per nouissimum quadrantem peccata minuta, quæ sunt purgabilia, sicut p̃tã mortalia damnabilia.

Si uero aliqui Doctores. ab hac sententia sunt diuersi, non mox sequitur scripturam reddi dubiam, Alioquin sic omnia essent dubia, cũ ferme nullus locus sit, qui non inueniatur ab ipsis uarie tractatus, ob sui fæcunditatem, & uigilantissimum laborem ipsoꝝ patrum.

Tertia scriptura est, Matth. 12. Omne p̃tm̃ & Blasphemia, remittet hominibus, spũs autem blasphemiæ non remittetur. Et quicũq; dixerit uerbum contra filium hominis, remittet ei, qui aũt dixerit uerbum contra spm̃sctm̃, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Hoc dicit, Non q̧ neget remissio blasphemo si pœnitet, sed quia occludit uiam spirituisancto.

Hic

Hic Text9 clare probat esse Purgatoriũ, in quo ostendit duplicẽ remissionẽ Dicens quod aliqua peccata in presenti seculo, aliqua in futuro remittanẽ. Si igiẽ in futuro seculo remittanẽ, Hoc nõ fit in cœlo, quia nihil coinquinatum intrat in ipsum Apo. 21. Nec in inferno ibi em̃ nulla est redemptio. Ergo hec remissio fit in Purgatorio. Ecce Purgatorium ex uerbis Christi.

Ita Greg. in lib. Dyalogoꝝ quarto citat hunc locũ. Et Bernhar. super Can. Vbi dicit cõtra Hereticos negantes purgatoriũ. Querant, inquit, ab eo qui dixit, quoddã peccatũ esse, neq; in hoc sæculo, neq; in futuro remittẽdũ, cur hoc dixit, Si nulla manet in futuro remissio, purgatione peccati? Idem dicit. Glosa Ordi.

Quarta scriptura ꝓbans purgatoriũ 2. Machabe. 21. Vbi diciẽ. Vir fortissimus Iudas, misit Hierosolimã. 12. milia Dragmas argenti, offerri sacrificium ꝓ peccatis mortuoꝝ. Bene & religiose de Resurrectiõe cogitans. Nisi em̃ eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum uidereẽ, & uanũ orare ꝓ mortuis Sed quia cõsiderabat, ꝙ hi qui cũ pieta-

te dormitionē acceperant, optimā ha=berent repositam gratiā. Sancta ergo & salubris est cogitatio ꝓ defunctis exorare, ut a peccatis soluantur.

Isti peccato mortali peccauerāt. Nā sub tunicis horum interfectorū inuenerunt de denariis idolorum, a quib⁹ lex ꝓhibuit Iudeos. Et si in hoc pectō impoenitentes fuissent mortui, iá fuissent damnati, & incassum fuisset ꝓ eis orare, uel sacrificiū offerre. At quia semper presumendū est de meliori. Ideo Iudas sperabat illos in extremis poenituisse ut soluta culpa mortali, adhuc poenæ essent dūtaxat obnoxii, sicq; precibus, & sacrificiis peccata eorū soluerent, Hoc est, Reatus peccatoꝶ. siue obligatio ad poenam.

Ex hoc ergo loco, est fortis probatio purgatorii. Quod si aduersarii dixerint librū Machabeoꝶ nō esse in Canone, nec beatū Hieronimū eum in Canone posuisse, & ità nullius esse autoritatis.

Respōdet, ꝙ beatus Augustin⁹ hunc libꝶ ceu Canonicū approbat. Sic enim 18. libro de Ciuitate Dei. ca. 36. scribēs de Principū tēporibus, qui post restitutum tēplū, usq; ad Aristobuli Principatum

tum

tum rem Iudaiacã administrarũt, dicit Quorũ supputatio temporũ, nõ in scripturis sanctis, quæ Canonicæ appellãtur, sed in aliis inuenit, in quib9 sunt & Machabeorũ libri, quos nõ Iudei, sed Ecclesia pro Canonicis habet. Hec ille, Ecce Machabeorũ libros Ecclesia pro Canonicis habet, quãq̃ Iudeis non sunt de Canone.

Hieronim9 quoq; secundo Prologo super libros Machabeorũ, ait, Machabeorũ libri licet non habeant in Canone Hebræorũ, tamen ab Ecclesia inter diuinorum Voluminum annotantur Historias.

Item & Augustin9 in libro de Cura pro mortuis agenda, locum eundem, ex libris Machab. citat inquiens. Poterat inquisitioni tuæ sufficere mea breuis ista Responsio, sed quia alia mouẽt quibus respõdendũ existimo, parumper attende. In Machabeorum libris legimus oblatum pro mortuis sacrificium.

Rursum quoq; Sermone. 44. ad fratres in Heremo. Defunctis inquit, cum omni diligentia misereri, & subuenire studeamus, attendentes & quid Iudas

Machabeus fecerit, Dixit enim, q̄ sancta esset cogitatio p̄ Defunctis exorare, ut a peccatis soluant̄. Ecce quanti fecerit Augustinus hoc testimoniū.

Ad Hieronimū autē dicit̄, quod beatus Hieronim⁹ nō cōdidit Canonē Sacrarū scripturarū, sed Canonē Iudeorum recensuit, in quo Canone libri Machabeorū non sunt cōtenti, & ita nō stat aduersariorū obiectio.

Quinta scriptura p̄bans Purgatoriū est beati Pauli ad Philip. 2. Vbi dicitur. In nomine Ihesu om̄e genu flectat̄, Cœlestium, Terrestriū, & Infernorū. Et Apocalip. 7. Tradit̄, q̄ nemo inuentus est in Cœlo nec in Terra, Nec subtus terram, qui dignus esset aperire librum. At palam est (q̄ntum ad hos attinet) qui subtus terram in Gehenna sunt, quod nec genua flectant in nomine Iesu, quin cōtra pocius, ipsum iugiter blasphement, Sed nec de his aliqua probabilitas est aperiendi libri, Ideo utrūq; debet intelligi de purgandis, qui uidelicet in Purgatorio subtus terram expiantur.

Confirmant̄ hec quæ ex scripturis de Purgatorio adduximus per dicta patrū Grecorum & Latinorum.

Athana-

Athanasius.34.questio.de purgandis animab9 querit, Num senciunt aliqua beneficia pctōꝝ animæ, quum super eas fiunt ꝯuentus, & pactiones bonoꝝ operum & oblationum? Huic questioni respondet, quod si non aliquo beneficio participarent ex illo, non utiqꝫ in cura & Exequijs fieret cōmemoratio, Ecce qꝫ in Ecclesia Greca, ꝑ mortuis ex patrum institutione fiebant Exequiæ, & orationes ad Deū fundebant᷑, quib9 & defunctoꝝ animas Athanasius afferit participare. Et hæ animæ non aliæ sunt quam quæ purgantur.

Dioni. insup ca.7. ecclesi. Hierar. docet ex apostolica traditiōe, ꝓcationes quasdam, animabus quæ digne sunt postq̄ hinc exierint, prodesse posse.

Similiter Orige. Hom. 6. sup Exodū, Veniendum est inquit ad ignem etc, sequit᷑, Si quis multa opera bona & paꝝ aliquid iniquitatis attulerit, illud paꝝ tanq̄ plūbū ignē resoluit᷑ ac purgat᷑ etc.

Nec dissimiliter Chrisost. Home. 69. Non temere ab Apostolis hec sancita fuerunt, ut in tremendis misterijs, defūctorum agat᷑ commemoratio.

Sciunt eñ inde multum contingere

lucrum, utilitatem multam, hec ille. Ecce, quod ab apostolis hec institutio manauit, ut inter sacra, defunctorum agereť memoria, ut aliquid inde lucri ille animæ consequereť, Animabus aũt quæ in cœlo sunt beatæ, uel in Gehenna damnatæ, nihil lucri accedere potest, ergo de animabus quæ in Purgatorio sunt hec senserunt apostoli sancti.

Augustinus lib. de Cura pro mortuis agenda approbat suffragia pro Mortuis faciendia, autoritate Ecclesiæ, & in multis alijs locis.

Vide eundem lib. 9. Confessionum, ubi orat pro Parentibus defunctis.

S. Ambro. de obitu Theodosij meminit cur in Ecclesia Dei pagatur, primus, Septimus, Tricesimus, dies defuuctorum.

Bern. ser. 4. super Cantica refert quosdam nouos Hereticos, qui Purgatorium negabant.

Quid multis opus, constat negantes purgatoriũ esse Hereticos, uel ex Cirillo de transitu beati Hieronimi ad S. Aug. ubi testať ortam nequissimæ sectæ Heresim, nullũ fore Purgatorij locũ in quo animæ purgarenť, quæ nondũ de peccatis suis plenam egissent pænĩam, Ecce ante

ante mille centũ annos habita est Heresis nequissimæ sectæ negare purgatoriũ.

Ratione quoq; ꝓbatur esse in futuro seculo Purgatorium, Nam quũ multæ sint animæ Damnatorũ quæ iam interea in inferno torquent̃ donec ueniat dies iudicij, Id quod patet ex Parabola diuitis epulonis Luc. 16. Multæ etiam sint iã in regno cœloꝝ beatæ, Id quod ex multis Scripturis notum est, p̃sertim ad Ephe. 4. Ascendit, inquit, Christus in altum captiuam duxit captiuitatem, ergo quedam sunt quoq; animæ, quæ nec adhuc beatæ cœlo pociunt̃, nec detrusæ sunt in Gehennam, quæ scz nec ab hoc seculo usq; adeò pure migrauerunt, ut in cœlũ mox recipiant̃, nec tam impuræ ut mereant̃ ignibus Gehennæ tradi. Et tales non sunt ociosæ, ergo consequens ut suas interea p̃parationes paciant̃, quibus idoneæ fiant, ut aliquando in cœlum recipiantur.

Quod si quis id ꝓterue negauerit, dicens uidelicet, non esse tales aliquas animas quæ nec sint in Gehenna, nec adhuc in beatitudine cœlesti. Contra hoc probatur, Nam hoc est iusticiæ Dei reddere cuiq; scd̃m opera sua, cuius est ulcisci

 cisci

cisci pro mensura peccati in ipsum pec-
catorem, Sicut em̄ nihil fit in mundo,
in quo non reluceat misericordia & iu-
ditium Dei. Ita ipsum iuditium exigit
ut peccata non sint inulta, sed punian-
tur uel in hoc uel in futuro seculo. Pu-
niuntur auté, uel pænis a Deo inflictis,
uel ab homine spontaneis castigationi-
bus, puta Ieiunio, Oratione, Vigilijs, E-
lemosinis etc, quibus satisfacimus iusti-
ciæ uiolatæ quibus peccata, & reat9 pur-
gantur. Si aūt id neglexerit homo dum
uiuit, necesse est ut post mortem pacia-
tur, Neq; enim Deus uult infringere Le-
gem a se conditam, propter inertiam &
negligentiam hominis, Tales ergo per
pænas Purgatorij satisfaciunt, quas pa-
ciuntur.

Sed dices, p Mortem esse deleta illa
pctā quoad reatum, p quibus nondum
homo satisfecerat, similiter Venialia,
Respondet, sed hoc alia scriptura te nō
sinit dicere. Christus em̄ ait Matth. 12.
Omne uerbū ociosum quodcūq; dixerit
homines, reddent de eo ratiōem. Vides
q de uerbis ociosis reddenda sit ratio,
quod nequaq̄ fieret, si p mortem essent
penitus condonata, uel funditus aboli-
ta.

ta. Ideo adhuc purganda remanent. Nec de uerbis duntaxat ociosis id intelligi debet, sed etiam de cæteris omnibꝰ leuioribus negligencijs, a quibus singulas animas oportet purgari, anteq̄ i cœlestem gloriam recipiant, Est igit̃ Purgatorium.

Sed iam Argumenta

Hereticoꝝ negantium Purgatorium soluamus.

Primo sic arguūt. Dicit̃ in Symbolo Athanasij, Qui bona egerūt, ibunt in uitam æternā, qui uero mala, in ignem æternū. Et eadē sententia est Christi Dn̄i, Iohan. 5. Ecce duplex locus dūtaxat animaꝝ describit̃. Vita æterna in Cœlo, & ignis æternus in Inferno, Vbi ergo erit Purgatorium.

Respondet̃, Et nos quoq; cōcedimus ꝙ qui bona egerunt, ituri sint in uitā æternam, Sed quod om̄es tales immediate eant in uitam æternā, id ꝓbandū erat aduersario, quod tamē ꝓbare nō potest. Ibunt ergo in uitam æternā boni, uel immediate. si nihil purgandum habuerint, uel mediante igne Purgatorio, si quid habuerint purgandū.

Secũdo arguũt, quia non habet scriptura, quæ probet Purgatoriũ, quod ꝓbatur. Nam illud quod adducũt ex Apostolo. 1. Chor. 3. Saluus erit, quasi ꝑ ignem, non intelligit de igne Purgatorii, sed de igne iudicii, seu cõflagrationis. Quod probat. Nam ibi dicit Apostolus diem Dñi in igne reuelandum.

Respõdet. Iam ꝓbatũ est supra, id dictum Apostoli nõ de igne iudicii, Sed Purgatorii intelligi debere. Preterea, Non habet Grecus Codex illam particulam, uidelicet, Dñi. Sed dies, inquit. declarabit. Quem locũ, non modo ex Latinis, uerũ etiã ex Grecis aliquot pro Purgatorio uolunt intelligi, ut diximꝰ de origine etc.

Tercio arguũt, Locus ille ex lib. 2. Machabc. cap. 12. Nõ probat Purgatoriũ. Nam liber ille non est ullius Autoritatis, quum nõ sit in Canone. Respondet. Et ad hoc quoq; iam dictũ est priꝰ. Nam Ecclesia libros Machabeoꝝ ꝓ Canonicis habet, secundũ August. etc. Vide supra.

Quarto arguũt, Quæ necessitas est ꝓ Purgatorio sic tumultuari, nisi propter questum, & lucrũ, quod trahunt ex purgato-

gatorio. Respōdet, Hec mera Hereticoꝝ calumnia. Non curabat Iudas Machab. facere questū, & tamē dixit Sanctam & salubrē esse cogitationē, ꝑ Defunctis exorare. Non curabat pro questo beatus Augusti. Qui Sermo. de Animabus. reprehēdit eos, qui non curant succurrere animab9 Purgatorii. Et dicit ibi clamant quotidie, qui iacent in tormentis. Clamant & pauci sunt, qui respondeant, ululant, & non est qui cōsoletur eos. O quā grandis crudelitas fratres mei. O q̄ grandis inhūanitas, clamant ad nos quotidie, qui dum uixerunt, multa mala, pro nobis sustinere uoluerunt, nec eis subuenire curamus. Et alia huiusmodi.

Non ergo ob questū ponit̄ Purgatorium, sed quoniā scripturæ sacræ illud ponūt, ut dictū est. Etsi qui sint, qui questum querant, id non probat Ecclesia. Pietas est autē maxima pro Defunctis orare. Grandis uero crudelitas, secundū August. tollere suffragia pro illis Animabus, id quod Heretici faciunt.

Collige scripturas predictas, collige & Doctores sanctos. Collige Ecclesiam sanctam, collige Apostolos, qui uti di-

ximus pro defunctis suffragia exposcebant fieri, & tunc Herecicorum nosces calumniã, mendatiũ, odium in Ecclesiã, & damnandã impudentiam.

Quinto arguũt, Suo quisq; periculo hic credat uel nõ credat, non est Hereticus, si Purgatoriũ nõ credit, nec ideo Christianus si credit.

Respondet. Christian⁹ utiq; nemo fit ex eo q͏̄ credit Purgatoriũ esse, nisi & cætera quæq; crediderit, quæ (ut credant) Ecclesia docet Catholica. Nõ unius alicuius Articuli credulitas Christianũ facit, Sed ita cunctis oportet credat, ut a nullo dissentiat obstinate. Nam si dissenserit ab uno quopiã, non articulorum dico fidei, sed quorũlibet indiscriminatim, quos Ecclesia credendos recepit, atq; id fœcerit cõtumaciter, iam selegit sibi, quod ab Ecclesia diuersum credat, & Hæreticus efficitur.

Sexto arguũt, Greca Ecclesia non credit esse Purgatorium, ergo nec nobis credendum est.

Respondet, Opinor per Grecã Ecclesiam intelligunt uulgus, & nõ ipsos patres Grecæ Ecclesiæ. Nam quod patres Greci ponant & credant Purgatorium

libri

libri quos ædiderunt testant. Iam enim protulim9 testimonia Origenis, quib9 palam affirmat animas hinc exeuntes oportere purgari, priusq̃ Cœlum admittant. Adduximus quoq; Athanasium, Dionisium, Chrisostomum, Grecos Doctores, quorũ duo postremi ex traditione Apostolica docent posse prodesse p̃catiões animabus, quæ digne sunt, postq̃ hinc exierint.

Nihil igit habent aduersarij, ex scripturis, quib9 ꝓbare possint intentũ suũ, Quod si uulgus Grecanicũ diuersum a nobis sentit, quid mirum quũ ab Eccl̃ia Romana desciuerint Greci? quod q̃ntum eis nocuerit, si nihil aliud esset, abũde testat clades illa Constantinopolitana, Sensit eñ tum uniuersa Gretia diuinam ultionem, quã & futuram diua p̃dixit Brigitta, nisi confestim ad unitatem Ecclesiæ Catholicæ conspirarent.

De Purgatorio, etiam ipse Luther9 dicit, Ego, inquit, & credo Purgatoriũ esse, suadeoq; credendum, non uult tamen aliquem cogi ad credendũ. Sed cur neminem uult cogi, nisi ut sibi licẽtia fiat, quicquid libuerit impune dicendi.

Et quare homines non sunt cogen-
di ad ueritatem cognoscēdam? quum
id fiat maximū beneficium ignorantis?
Cogendi sunt ergo, uelint, nolint, Ut
rectam uiam ingrediantur. An Chri-
stus non dicit Luce. 14. Exi cito in ui-
as & sepes, & compelle intrare? Quan-
do ergo Luthero creditū sit Purgato-
rium, & consulat credendū, quare que-
so neminem uelit cogi, ad id credendū,
quū talis adactio cuiqꝫ sit utilis, & Chri-
stus eandem in Euangelio doceat aper-
tissime, in loco nunc allegato.

Sunt & alia, quæ de Purgatorio ad-
uersarii nostri fingunt, ut ꝙ animæ in
Purgatorio desperent, Aut nesciant se
saluandas. Sed hec obmittimus, remit-
timusqꝫ Lectorem, ad eos, qui aduersus
hec plura nostra ætate scripserunt.

Matthei. 24.

Qui perseuerauerit usqꝫ in finem, hic
saluus erit. Hoc est, Qui non desistet a
bono. Neqꝫ ob scandala, neqꝫ ob sedu-
ctiones Pseudo Prophetarum, Neqꝫ ob
passiones animi. Hic solus saluus erit.

Lipsiæ Impressit, Melchior Lot-
ther9. Anno post Christū
Natū. M. D. XXXVI.

Articuli contenti in libello pro:
pugnaculi

[illegible] quidam pseudo prophete
[illegible] qui seducunt innocentes
verbis profanis exemplisque malis
nostra etate

